tuam, et exspectationem debitorum tuorum. Illud quidem sic habeto, nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatius. Parva sunt, quae desunt, nostris quidem moribus [13], et ea sunt ad explicandum expeditissima, modo valeamus. Ambitus redit immanis. Numquam fuit par. Idib. Quint. foenus fuit ZZ ex Z [14], coitione Memmii, quam cum Domitio habuit. Scaurus unum vincere, Messala flaccet [15]. Non dico ὑπερβολικῶς [16], vel H-S centies constituunt in praerogativa pronuntiare [17]. Res ardet invidia. Tribunicii candidati compromiserunt, H-S quingenis in singulos apud M. Catonem [18] depositis, petere eius arbitratu, ut, qui contra fecisset, ab eo condemnaretur. Quae quidem comitia gratuita si fuerint, ut putantur, plus unus Cato fuerit [19], quam omnes leges omnesque iudices.

CXLII. (Ad Att. IV, 15)

Argumentum. 1 Eutychidem ab Attico manumissum esse sibi gratum esse scribit; 2 petit ut ex Asiatico itinere, ad quod tempus confirmaverit, redeat; 3 literas ad Atticum scriptas ei redditas non fuisse suspicatur; 4 de Sufenate et Catone absolutis, et de Procilio condemnato; 5 de itinere suo ad Reatinos; 6 de ludis a se Romae spectatis; 7 de ambitu ingravescente; 8 Q. fratrem iam in Britannia esse videri. 9 Denique Dionysium vult ab Attico excitari, ut mox ad se veniat.

tuoi debiti. Or abbi per fermo che uscendo noi di queste strette, e stando sani, ne torneremo i più fortunati del mondo. Poche sono le cose tuttavia che ci restano a racconciare (dico al tenore della nostra vita); ed esse portano picciol travaglio: sì stiamo noi bene. I brogli vanno fuor d'ogni segno: non fu mai cosa simile. A' 15 di luglio gli interessi montavano da quattro a otto per cento [2] per trattato di Memmio con Domizio onde vincere Scauro. Messala è al lumicino. Non lancio campanili. Deliberano di profferire pel voto delle centurie fino a dieci milioni di sesterzi. L'invidia ha levato un incendio. I candidati tribunizii hanno fatto compromesso sino a cinquecentomila sesterzi [3] per testa, depositati in mano di Catone; dimandando che chiunque avesse fallito ricevesse multa ad arbitrio di lui. Questi comizii se (come si crede) si faranno senza spesa, il solo Catone ci varrà più di tutte le leggi e di tutti i giudici.

CXLII. (Ad Att. IV, 15)

Argomento. 1 Scrive ad Attico di rallegrarsi della libertà donata ad Eutichide; 2 lo prega di tornare dal suo viaggio dell'Asia a tempo da lui posto; 3 teme non forse sieno smarrite alcune sue lettere scritte ad Attico; 4 di Sufenate e Catone assoluti, e della condanna di Procilio; 5 del suo viaggio a Rieti; 6 de' giuochi a' quali fu in Roma; 7 de' brogli che più bollivano; 8 il fratel Quinto dover oggimai essere in Bretagna; 9 finalmente vuole che Attico punzecchi Dionisio, che venga a sè di presente.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Quintili.

CICERO ATTICO S.

1 De Eutychide gratum; qui vetere praenomine, novo nomine [1] T. erit Caecilius; ut est ex me, et ex te [2] iunctus Dionysius, M. Pomponius. Valde mehercule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me benivolentiam cognoscet [3], et suam illam in meo dolore συμπάθειαν, neque tum mihi obscuram, neque post ingratam fuisse.

2 Iter Asiaticum tuum puto tibi [4] suscipiendum fuisse. Numquam enim tu sine iustissima causa tam longe a tot tuis et hominibus et rebus carissimis et suavissimis [5] abesse voluisses. Sed humanitatem tuam amoremque in tuos, reditus celeritas [6] declarabit. Sed vereor, ne lepore te suo [7] detineat diutius rhetor Clodius, et homo pereruditus, ut aiunt, et nunc quidem deditus Graecis literis Pituanius [8]. Sed, si vis homo esse, recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti. Cum illis tum, quum [9] salvi venerint, Romae vivere licebit.

3 Avere te scribis, accipere aliquid a me literarum; dedi, ac multis quidem de rebus, ἡμερολεγδὸν [10] perscripta [11] omnia: sed, ut coniicio, quoniam mihi non videris in Epiro diu fuisse, redditas tibi non arbitror. Genus autem mearum,

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Bene sta di Eutichide, il quale, aggiunto al vecchio prenome il nuovo nome, sarà T. Cecilio [1]; come a Dionisio, tuo e mio, fu formato il nome di M. Pomponio. Mi sarà carissimo, in fede mia, che Eutichide vegga il gran bene che tu mi vuoi; e che sappia, il dolore che egli portò della mia disgrazia, nè allora essermi stato occulto, nè poscia men caro.

2 Credo te al tuo viaggio in Asia essere stato forzato: conciossiachè senza giustissima cagione tu non avresti mai patito di dover vivere tanto lontano, sì dalle persone, e sì dalle cose che tu hai carissime. Ma quanto sia la tua carnalità de' tuoi e la tenerezza, ce ne chiarirà il tuo presto ritorno. Solamente non vorrei che colle sue facezie ti tenesse a bada il retore Clodio [2], e Pituanio [3], persona, come si dice, eruditissima, e, certo al presente, dedita alle greche lettere. Ma se tu se' l'uomo che sei, riduciti a casa al tempo che promettesti: con que' due, venendo salvi, potrai ben passartene in Roma.

3 Tu scrivi che ti consumi d'avere qualche po' di mie lettere; io te n'ho scritto, e di varie cose notato ogni particolarità dì per dì: ma, a quello che io indovino (non essendo tu, come credo, dimorato molto in Epiro), non ti debbono essere state consegnate. Or le

ad te quidem [12], literarum eiusmodi fere est, ut non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit, tibi eum redditurum.

4 Nunc Romanas res accipe. A. d. III Non. Quint. Sufenas et Cato absoluti [13]; Procilius condemnatus [14]. Ex quo intellectum est, τρισαρειοπαγίτας ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique rem publicam flocci non facere. Debemus patrem familias domi suae occidere [15] nolle; neque tamen id ipsum abunde. Nam absolverunt XXII, condemnarunt XXVIII. Publius [16] sane diserto epilogo criminans mentes iudicum moverat [17]. Hortalus in ea causa fuit, cuiusmodi solet [18]. Nos verbum nullum. Verita est enim pusilla, quae nunc laborat, ne animi in Publio offenderer [19].

5 His rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem causam [20] contra Interamnates apud consulem [21], et decem legatos; quod lacus Velinus, a M'. Curio emissus, interciso monte, in Narem defluit [22]: ex quo est illa siccata [23], et humida tamen modice Rosea. Vixi [24] cum Axio. Quin etiam me ad Septem Aquas duxit.

6 Redii Romam Fonteii [25] causa a. d. VII Idus Quintiles. Veni in spectaculum [26]; primum, magno et aequabili plausu (sed hoc ne curaris; ego ineptus, qui scripserim); deinde Antiphonti operam [27]. Is erat ante manumissus, quam produ-

lettere mie (dico le scritte a te) sono il più così fatte, che io non vo' consegnarle se non a tale di cui io mi tenga sicuro che te le debba mettere in mano.

4 Or odi le cose di Roma. A' 15 di luglio Sufena e Catone furono assoluti; Procilio [4] condannato: di che si comprese come questi santissimi Areopagiti [5] non istimano un porro i brogli, i comizii, l'interregnò, la maestà, in somma tutta la Repubblica. Dobbiamo bene abborrire di uccidere in casa sua un padre di famiglia; ma non farcene troppo coscienza, da che ventidue lo assolvettero, e ventotto lo condannarono. Publio, con una ben eloquente [6] ricapitolazione, biasimandoli, avea toccate le menti de' giudici. Ortalo [7] in quella causa non isvariò da se medesimo; noi nè un zitto: conciossiachè la piccolina, che ora è malata, ebbe paura non forse io istuzzicassi contra me Publio.

5 Dopo queste cose, i Reatini [8] mi menarono alle loro delizie a trattarvi la causa contro que' di Terni [9] davanti al consolo e i dieci legati, perchè il lago Velino [10], sfogato da Manio Curio [11] per una spaccatura fatta nel monte, casca nella Nera [12]: di che essa seccò; e tuttavia la Rosea [13] ha sufficiente umidore. Mi spassai con Assio [14], il quale mi menò anche alle Sette Acque [15].

6 Tornai a Roma a' 9 di luglio per cagion di Fonteio [16]. Venni difilato al teatro [17]; grande fu il plauso ed equabile (ma tu non ne far caso: balordo io a scriverlo!); appresso attesi ad Antifonte. Egli era già manomesso prima che rappresentato in iscena [18]. Per

ctus [28]. Ne diutius pendeas, palmam tulit. Sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce, nihil tam verum [29]. Haec tu tecum habeto. In Andromacha tamen maior fuit quam Astya [30]; nam in ceteris parem habuit neminem. Quaeris nunc de Arbuscula; valde placuit. Ludi [31] magnifici et grati. Venatio in aliud tempus dilata.

7 Sequere nunc me in campum. Ardet ambitus; σῆμα δέ τοι ἐρέω. Fenus ex triente Idibus Quintilibus facturum erat bessibus [32]. Dices: istuc quidem non moleste fero [33]. O virum! o civem! Memmium Caesaris omnes opes confirmant. Cum eo Domitium [34] consules iunxerunt; qua pactione [35], epistolae committere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro [36] studet: sed utrum fronte, an mente, dubitatur: ἐξοχὴ in nullo est [37]. Pecunia omnium dignitatem exaequat. Messala languet: non quo aut animus desit, aut amici [38]; sed coitio consulum, et Pompeius obsunt. Ea comitia [39], puto fore, ut ducantur. Tribunicii candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros. Apud eum H-S quingena [40] deposuerunt; ut, qui a Catone damnatus esset, id perderet, et competitoribus tribueretur. Haec ego pridie scribebam, quam comitia fore putabantur. Sed ad te V Kal. Sext. si facta erunt, et tabellarius non erit profectus, tota comitia perscribam; quae si, ut putantur, gratuita fuerint; plus unus Cato potuerit,

non tenerti più sulla fune, egli ebbe la palma. Ma niente sì misero, niente così senza voce, niente così [19]... Ma tu tieni in te. Nell'Andromaca però egli superò l'Astianatte [20]; nelle altre non ebbe pari. Tu vuoi ora sapere di Arbuscula [21]: piacque assai; i giuochi, magnifici e graditi; gli accoltellanti, rimandati ad altro tempo [22].

7 Viemmi ora dietro al campo. Il broglio è in bollore: ed eccotene i segni. A' 15 di luglio gli interessi erano montati da quattro all'otto per cento [23]. Ma dirai tu: questa non è una mala tasta [24]. O prod'uomo! o cittadino! Tutta la potenza di Cesare è il rincalzo di Memmio [25]. I consoli gli aggiunsero anche Domizio [26]; sotto qual patto, non ardisco metterlo in carta [27]. Pompeo freme, bestemmia, mulina per Scauro; ma se di vista, o d'animo [28], non si sa. Nessuno di questi è una perla: ma il danaro tutte disuguaglianze adegua. Messala non ha più fiato: non che animo gli manchi, nè amici; ma la lega de' consoli e Pompeo gli taglian la strada. Anche m'è avviso che a' comizii si voglia tirar il collo [29]. I candidati tribunizii giurarono di far loro brogli ad arbitrio di Catone, nelle cui mani depositarono cinquecentomila sesterzi, a patto che chiunque Catone avesse condannato, avesse a perdere la detta somma, e ricascasse ne' competitori. Queste cose ho scritto il dì avanti a quel de' comizii che si aspettavano; ma a' 28 di luglio, caso che siano fatti, e 'l corriere non anche partito, ti ragguaglierò d'ogni cosa. I quali comizii se (come si crede) si facciano nettamente, il solo Catone sarà valuto più di tutti i

quam omnes quidem iudices. Messius [41] defendebatur a nobis, e legatione revocatus [42]. Nam eum Caesari legarat [43] Appius. Servilius [44] edixit, ut adesset. Tribus habet Pomptinam, Velinam, Maeciam. Pugnatur acriter: agitur tamen satis [45]. Deinde me expedio ad Drusum, inde ad Scaurum. Parantur orationibus indices gloriosi. [46]. Fortasse accedent etiam consules designati [47]: in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit.

8 Ex Quinti fratris literis suspicor, iam eum esse in Britannia [48]. Suspenso animo exspecto, quid agat. Illud quidem sumus adepti, quod multis et magnis indiciis possumus iudicare, nos Caesari et carissimos et iucundissimos esse.

9 Dionysium velim salvere iubeas, et eum roges et hortere, ut quamprimum veniat [49], ut possit Ciceronem meum, atque etiam me ipsum, erudire.

CXLIII. (Ad Div. VII, 9)

Argumentum. 1 Scire cupit quid agat Trebatius, monetque ne in urbem redire properet. 2 Cn. Octavii cuiusdam crebra invitatione se adhuc nihil esse usum scribit.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Sextili in.

M. CICERO TREBATIO S.

1 Iam diu [1] ignoro, quid agas. Nihil enim scribis; neque ego ad te his duobus mensibus scri-

giudici insieme. Messio [30] fu difeso da noi, richiamato dalla sua legazione [31]; Appio l'avea mandato legato a Cesare. Servilio [32] ordinò che si presentasse; ha per sè la tribù Pontina, Velina e Mecia. Si lavora di forza, e si fa tuttavia qualcosa. Indi m'apparecchio per Druso [33], appresso per Scauro [34]. Si preparano alle mie orazioni gloriosi titoli. Forse vi saranno eziandio i consoli eletti; fra' quali non trovandosi Scauro, avrà in questo giudizio gran da fare.

8 Da quel che mi scrive Quinto fratello, io fo ragione lui essere già in Inghilterra [35]. Sto a vedere con ansietà quello che voglia fare. Ora una cosa ho io conseguito, che a molti e assai forti indizi posso ben credere di essere a Cesare carissimo e giocondissimo.

9 Salutami di grazia Dionisio, e lo prega e conforta di tornare al più presto, per poter ammaestrare il mio Cicerone e me stesso.

CXLIII. (A Div. VII, 9)

Argomento. 1 Dimanda a Trebazio che cosa egli faccia, e lo ammonisce che non solleciti troppo il suo ritorno a Roma; 2 un Gneo Ottavio averlo spesso invitato, ed egli non anche andatovi pure una volta.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Agosto, al principio.

M. CICERONE A TREBAZIO S.

1 Egli è oggimai un pezzo che non so quello che tu ti faccia: da che nè tu mi scrivi, nè io in questi due

pseram. Quia [2] cum Quinto fratre meo non eras, quo mitterem, aut cui darem, nesciebam. Cupio scire quid agas, et ubi sis hiematurus. Equidem velim cum Caesare; sed ad eum propter eius occupationes [3] nihil sum ausus scribere. Ad Balbum tamen scripsi. Tu tibi deesse [4] noli. Serius potius ad nos, dum plenior. Quod huc properes, nihil est, praesertim Vacerra [5] mortuo. Sed tibi consilium non deest. Quid constitueris, cupio scire.

2 Cn. Octavius, an Cn. Cornelius, quidam est, tuus [6] familiaris, summo genere natus, terrae filius. Is me, quia scit tuum familiarem esse, crebro ad cenam invitat [7]. Adhuc non potuit perducere [8]: sed mihi tamen gratum est. Vale.

CXLIV. (Ad Q. frat. II, 16)

Argumentum. Scribit se a causis et iudiciis numquam districtiorem fuisse; 2 de ambitu quum atrocissime ageretur se in senatu non fuisse; 3 de Drusi, Vatinii et Scauri iudicio; 4 gratulatur fratri amplam de rebus Britannicis scribendi materiam; 5 denique quid de suis versibus Caesar iudicaverit sciscitatur.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Sextili.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 Quum a me literas librarii manu acceperis, ne paullum [1] otii me habuisse iudicato; quum autem mea, paullum [2]. Sic enim habeto, num-

mesi t'ho scritto, perchè, non esendo tu con Quinto fratelmo [1], io non sapea dove diriger la lettera, nè a cui darla. Desidero di sapere in che sii occupato, e dove tu voglia passare il verno [2]. Ben vorre' io con Cesare; ma a lui, per le sue troppe occupazioni [3], non fui ardito di scrivere. Scrissi tuttavia a Balbo [4]. Tu non venir meno a te stesso: egli è meglio che tu torni a noi più tardi, purchè torni più grasso. Di darti fretta non è punto ragione, massime che è morto Vacerra [5]: partito non ti dee mancare; solamente fammi sapere quale tu abbi preso.

2 Gneo Ottavio (oh! sarebbe Cornelio?) [6], questo tuo intrinseco, di gran nazione, figliuol della Terra [7], sapendo che io sono cosa tua, m'invita a cena sovente; fino a qui non potè tirarmivi. Tuttavia la cosa mi piace. A Dio.

CXLIV. (A Q. frat. II, 16)

Argomento. 1 Scrive, sè essere affogato nelle cause e ne' giudizii, che non mai altrettanto; 2 come trattandosi in senato de' brogli con una ferocia che mai la maggiore, egli non volle esserci; 3 del giudizio fatto di Druso, di Vatinio e di Scauro; 4 si congratula col fratello dell'ampia materia che avea di scrivere de' fatti Britannici; 5 da ultimo vuol sapere quello che Cesare abbia giudicato de' suoi versi.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Agosto.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 Qualunque volta tu riceverai mie lettere di man del copista, fa tua ragione che io non abbia gocciol di ozio; se di mia, qual cosa meno del nulla. Imperocchè, sappi, io non fui per addietro più affollato di

quam me a causis et iudiciis districtiorem fuisse; atque id anni tempore gravissimo et caloribus maximis. Sed haec (quoniam tu ita praescribis[3]) ferenda sunt; neque committendum, ut aut spei, aut cogitationi vestrae ego videar defuisse; praesertim quum, tametsi id difficilius[4] fuerit, tamen ex hoc labore magnam gratiam magnamque dignitatem sim collecturus. Itaque, ut tibi placet, damus operam, ne cuius animum offendamus, atque ut etiam ab iis ipsis, qui nos cum Caesare tam coniunctos dolent[5], diligamur: ab aequis vero, aut etiam a propensis in hanc partem vehementer et colamur[6] et amemur.

2 De ambitu quum atrocissime ageretur in senatu multos dies, quod ita erant progressi candidati consulares, ut non esset ferendum: in senatu non fui. Statui ad nullam medicinam rei publicae sine magno praesidio[7] accedere.

3 Quo die haec scripsi, Drusus erat de praevaricatione a tribunis aerariis[8] absolutus, in summa, quatuor sententiis, quum senatores et equites damnassent. Ego eodem die post meridiem Vatinium[9] aderam defensurus. Ea res facilis est. Comitia in mensem Septembrem reiecta sunt. Scauri iudicium[10] statim exercebitur: cui nos non deerimus. Συνδείπνους Σοφοκλέους[11], quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi.

cause e giudizii, che sia al presente; e ciò in tale stagione ed ardori di questa sorta. Ma tutto ciò (e tu mel di', tu) è da tollerare in pazienza: nè certo io patirò che tu possa dire ch'io sia alla tua speranza ed alla espettazione venuto meno; massimamente che (quantunque un po' cara mi costi) da questa fatica io debbo ricogliere molto di favore e di gloria. Adunque noi, secondo il piacer tuo, diamo opera di non offendere chicchessia; ed anche, che da que' medesimi a' quali duole di vederci tanto congiunti con Cesare, siamo ben veduti; dagli uomini ragionevoli poi, ed anche da que' che pendono al nostro partito, siam forte onorati ed amati.

2 Trattandosi in senato per molti dì assai ferocemente della cosa de' brogli, essendo i candidati consolari travalicati ad un termine intollerabile, io non ci volli essere. Sono deliberato di non metter mano a medicar punto di piaghe pubbliche, che io non sia molto bene fornito d'aiuti.

3 Il dì che scrissi queste cose, fu Druso da' tribuni erarii assoluto di prevaricazione, avendolo con quattro voti condannato i senatori e i cavalieri. Il dì medesimo m'appresentai dopo mezzodì a difender Vatinio: cosa facile. I comizii sono mandati in settembre. Il giudizio di Scauro si farà subito; noi non ci mancheremo. La commedia de' *Parassiti Sofoclei*, quantunque da te rappresentata, per niun modo ho potuto approvare.

4 Venio nunc ad id, quod nescio an primum esse debuerit. O iucundas mihi tuas de Britannia literas! Timebam Oceanum, timebam littus insulae. Reliqua non equidem contemno; sed plus habent tamen spei, quam timoris, magisque sum solicitus exspectatione ea, quam metu. Te vero ὑπόθεσιν scribendi egregiam habere video. Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem vero ipsum imperatorem habes? Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adiuvabo, et tibi versus, quos rogas, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας [12] mittam.

5 Sed heus tu! celari videor a te. Quomodonam mi frater, de nostris versibus [13] Caesar? Nam primum librum se legisse scripsit ad me ante; et prima sic, ut neget, se ne Graeca quidem meliora legisse. Reliqua ad quemdam locum ῥαθυμότερα: hoc enim utitur verbo. Dic mihi verum, num aut res eum, aut χαρακτὴρ non delectat? Nihil est, quod vereare. Ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Hac de re φιλαλήθως, et, ut soles, scribe fraterne.

CXLV. (Ad Div. VII, 10)

Argumentum. 1 Iocose exagitat Trebatium ut meliorem Iureconsultum, quam militem; 2 deinde iterum se eum Caesari commendasse ait; petitque ut quid profecerit, ac de statu suo et consiliis se certiorem faciat.

4 Or vengo a quello che forse dovea essere la prima cosa. O care le tue lettere da Inghilterra![1] io temea dell'Oceano, temea il lido dell'Isola. Le altre cose non mi getto dietro, no: ma e' v'è più da sperare che da temere; e più sono in pena per quella espettazione, che pel sospetto. Ma tu hai, come veggo, eccellente materia da scrivere. Quali posture, quai nature di luoghi e di tempo, quali battaglie hai tu! anzi quale imperadore! Io di buon grado, secondo che me ne preghi, ti darò di spalla in ogni cosa che tu vuoi, e ti manderò i versi che domandi: *Civette ad Atene.*

5 Ma, ehi sozio! tu mi tien' celato qualcosa, e' mi pare. Che disse mai Cesare, o frate, de' nostri versi?[2] Ben mi scrisse egli prima d'aver letto il primo libro; e della prima parte affermò, sè non aver letto, nè anche delle greche, cosa più bella; il resto, fino a certo luogo, un po' *abborracciato:* adoperò questa voce. Or dimmi il vero: è egli la materia, o la maniera, che non gli piace? Tu non dei punto guardare da me: chè io per questo non mi vorrò, nè d'un pelo, punto manco di bene. Di ciò siimi la bocca della verità, e, come se' solito, da fratello.

CXLV. (A Div. VII, 10)

Argomento. 1 Sollazzando vuol la baia di Trebazio, come migliore giureconsulto che soldato; 2 dice di averlo da capo raccomandato a Cesare; 3 e lo forza a dirgli del suo avanzamento, dello stato e delle prese deliberazioni.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Sextili.

M. CICERO TREBATIO S. D.

1 Legi tuas literas, ex quibus intellexi, te Caesari nostro valde iureconsultum [1] videri. Est quod gaudeas, te in ista loca venisse, ubi aliquid sapere videre [2]. Quod si in Britanniam quoque profectus esses; profecto nemo in illa tanta insula peritior te fuisset. Verumtamen (rideamus, licet: sum enim a te invitatus) subinvideo tibi, ultro te etiam arcessitum [3] ab eo, ad quem ceteri, non propter superbiam eius, sed propter occupationem adspirare non possunt. Sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus: quae mehercule mihi non [4] minori curae sunt, quam meae. Valde metuo, ne frigeas [5] in hibernis. Quamobrem camino luculento utendum censeo. Idem Mucio et Manilio [6] placebat: praesertim qui sagis non abundares. Quamquam vos nunc istic satis calere audio. Quo quidem nuntio valde mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus[7]; qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne Andabatam [8] quidem defraudare poteramus.

2 Sed iam satis iocati sumus. Ego de te ad

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Agosto.

M. CICERONE A TREBAZIO S.

1 Ho letto le tue lettere, dalle quali ho compreso che al nostro Cesare tu se' in grande opinione di giureconsulto [1]. Tu hai ben di che menar trionfo, essendo venuto in coteste parti, dove tu passi per uno che sa accozzare due man' di noccioli. Così fossi tu passato in Inghilterra! in quella sì grande Isola tu (tel prometto) non avresti trovato alcuno che più ne sapesse. Il vero si è (e posso ben motteggiare, chè tu mi ci hai provocato) che io ti porto un pocolin d'invidia che tu fosti, e ciò di sua volontà, chiamato da tale uomo al quale (non per altura ch'egli abbia, ma per le sue occupazioni) non è chi possa accostarsi col desiderio. Ma in questa tua lettera tu niente mi hai scritto delle cose tue, le quali in buona verità non mi toccano meno delle mie. Io temo forte che in questi quartieri d'inverno tu non agghiacci [2]. Di che ti conforto di pigliarti delle forti fiammate, chè così fa altresì Mucio [3] e Manilio [4]; massimamente che tu non hai saioni d'avanzo: quantunque io odo dire che voi altri siete assai riscaldati. La qual novella, ti so dire, mi fece tremare per conto di te; se non che in opera di guerra tu se' più riservato che nell'avvocherie: e però non volesti nôtar nell'Oceano [5] (amando tu tanto il nuoto quanto tu fai), e nè anche sguardare que' combattenti dalle carrette, quando noi non potevamo ritrarti dallo spettacolo degli Andabati [6].

2 Ma basti omai di motteggi. Con quanto studio io

Caesarem quam diligenter scripserim, tute scis; quam saepe, ego. Sed mehercule iam intermiseram, ne viderer liberalissimi hominis, meique amantissimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen iis literis 9, quas proxime dedi, putavi esse hominem commonendum. Id feci. Quid profecerim, facias me velim certiorem: et simul de toto statu tuo, consiliisque omnibus. Scire enim cupio quid agas, quid exspectes, quam longum istum tuum discessum a nobis futurum putes. Sic enim tibi persuadeas velim, unum mihi esse solatium [10], quare facilius possim pati, te esse sine nobis: si tibi esse id emolumento sciam. Sin autem id non est; nihil duobus nobis est stultius: me, qui te non Romam attraham; te, qui non huc advoles. Vna mehercule nostra vel severa [11], vel iocosa congressio pluris erit, quam non modo hostes [12], sed etiam fratres nostri Aedui. Quare omnibus de rebus fac ut quam primum sciam.

Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero [13].

CXLVI. (Ad Q. frat. III, 1)

Argumentum. 1 Scribit se Quinti villas obiisse, ibique in aedificatione quaedam aut correxisse aut constituisse. 2 Deinde de urbanae domus expolitione, et Quinti filio. 3 Tum respondet compluribus Quinti epistolis; primae longiori, 4 deinde minusculae, 5 tum tertiae, 6 denique quartae perveteri sed sero allatae; 7 postremo

abbia di te scritto a Cesare, tu ben lo sai; quanto spesso, il so io. Ma veramente io aveva dato sosta, per non dar vista che io mi fidassi poco dell'animo di tale uomo, che è liberalissimo e di me tenerissimo. Ma, nell'ultima lettera che gli scrissi, ho giudicato di doverlo avvertire; e l'ho fatto. Tu fammi sapere quello che io abbia ottenuto, e nel tempo medesimo, in qual termine sieno tutte le cose tue, e di ogni tuo divisamento: cioè vo' sapere quello che tu ti faccia, che cosa tu speri, quanto tempo tu pensi di differire il ritorno. Conciossiachè io vo' che tu creda che io non ho altro conforto che mi allevii il dolore del non averti qui, che il sapere che questo ti torna conto. Ora, se questo non fosse, non ci sarebbe pazzo maggior di noi due: di me, che non ti tirassi qua a Roma; di te, che a volo non ci venissi. Un solo nostro essere insieme, parlando o serio, o da giuoco, in fede mia varrebbe troppo più, non solo de' nemici, ma eziandio degli Edui [7], benchè nostri fratelli. Adunque di ogni cosa fammi saper quanto prima il netto. *O per consolazione, o per consigli, o per opera, ti farò del bene* [8].

CXLVI. (A Q. frat. III, 1)

Argomento. 1 Scrive d'essere stato alle case di villa di Quinto, e quivi aver della fabbrica alcune cose corrette, ed alcune ordinate; 2 quindi del fornimento della sua casa di città, e del figliuolo di Quinto; 3 risponde a molte lettere di Quinto; alla prima più lunga; 4 appresso alla meno; 5 indi alla terza; 6 finalmente alla quarta di assai vecchia data, ma avuta assai tardi; 7 da ultimo all'ultima, a sè consegnata

novissimae, quam ei quum hanc epistolam iam complicaret tabellarii reddiderant. 8, 9 Subiungit quaedam alia aliis diebus scripta.

Scr. partim in Arpinati et partim Romae A. V. C. DCXCIX, Prid. Kal. Oct.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 Ego ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cum amoenitate fluminis [1] me refeci ludorum diebus, Philotimo tribulibus [2] commendatis. In Arcano a. d. IIII Idus Sept. fui. Ibi Messidium cum Philoxeno, aquamque, quam ii ducebant non longe a villa, bene sane fluentem vidi, praesertim maxima siccitate: uberioremque aliquanto sese collecturos esse dicebant. Apud Herum recte erat. In Manliano [3] offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Sed tamen nihil ei restabat [4] praeter balnearia, et ambulationem, et aviarium. Villa mihi valde placuit, propterea quod summam dignitatem pavimentata porticus habebat [5]: quod mihi nunc denique apparuit, posteaquam et ipsa tota patet, et columnae politae [6] sunt. Totum in eo est (quod mihi erit curae) tectorium ut concinnum [7] sit. Pavimenta recte fieri videbantur. Camaras [8] quasdam non probavi, mutarique iussi. Quo loco in porticu te scribere aiunt ut atriolum fiat, mihi, ut est, magis placebat. Neque enim satis loci esse

dalla posta in quello che egli rotolava la presente; 8, tocca di certe altre cose scrittegli in diversi altri giorni.

Scritta parte nell'Arpinate, parte a Roma l'anno DCXCIX, a' 30 di Settembre.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 Dall'eccesivo caldo (di più grandi non mi ricorda) mi son riavuto in Arpino [1], pel tempo de' giuochi, colla somma amenità del fiume, avendo a Filotimo raccomandati que' del mio tribo [2]. Fui in Arcano a' 10 di settembre. Qui ho veduto con Filosseno Messidio, e l'acqua che stavano conducendo non lungi da casa, che correa molto bene, e (quel che più vale) in tanto seccore; e diceano di doverne avere una vena più grossa. Ero stava bene. Nel Manliano trovai Difilo più tardo di Difilo: e tuttavia non gli restava altro che i bagni, la camminata e l'uccelleria. La casa mi piacque forte, perchè il portico lastricato avea gran nobiltà: la qual cosa ora finalmente io ho conosciuta, dappoichè esso è aperto per ogni lato, e le colonne sono lisciate. Il tutto dimora (ed io n'avrò cura) nell'intonico, che sia ben condotto. I pavimenti mostravano ben fatti. Certe vôlte non mi piacquero, e le feci mutare. Quel luogo del portico, dove mi dicono che tu volevi fatto un piccolo atrio, per me stava meglio come egli è: conciossiachè nè pareva che piccolo atrio ben ci ca-

videbatur atriolo: neque fere solet, nisi in his aedificiis fieri, in quibus est atrium maius: nec habere poterat [9] adiuncta cubicula, et eiusmodi membra. Nunc haec vel honestate testudinis valde boni aestivi locum obtinebit [10]. Tu tamen si aliter sentis, rescribe quam primum. In balneariis, assa [11] in alterum apodyterii angulum promovi, propterea quod ita erant posita, ut eorum vaporarium [ex quo ignis erumpit] [12] esset subiectum cubili. Subgrande cubiculum autem, et hibernum altum valde probavi, quod et ampla erant, et loco posita, ambulationis uno latere, eo, quod est proximum balneariis. Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat. Eas scilicet demolietur: aliquando perpendiculo et linea discet uti. Omnino spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. Curat enim diligentissime Caesius, qui tum mecum fuit. Ex eo loco recta Vitularia via profecti sumus in Fufidianum fundum, quem tibi proximis nuntiis [13] Arpini de Fufidio H-S CCCIↃↃↃ emeramus. Ego locum aestate umbrosiorem vidi numquam; permultis locis aquam profluentem, et eam uberem. Quid quaeris? Iugera L prati Caesius irrigaturum facile te arbitrabatur. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscina et salientibus [14] additis, palaestra, et silva viridicata. Fundum audio te hunc

pisse, nè questo si può mai fare se non in quelle fabbriche che hanno un atrio maggiore, nè ricevea camere dallato, nè altre siffatte parti. Ora questo portico, anche per l'ampiezza della vôlta, sarà un ottimo luogo. Se però tu la pensi altramenti, rispondi quanto prima. Ne' bagni ho fatto scostare fino all'altro angolo dello spogliatoio [3] i sudatorii [4], perchè essi erano allogati per forma che il loro fornello, che manda il fuoco, rispondea sotto le camere. Mi piacque assai la camera grandetta, e l'altra pel verno alta: sì per essere ben grandi, e sì perchè ben allogate lunghesso un lato della camminata, ed essa vicina a' bagni. Difilo avea poste le colonne nè a piombo, nè l'una contro l'altra; egli le getterà giù, e imparerà quando che sia adoperar l'archipenzolo e 'l regolo. Al tutto io spero di veder il lavoro di Difilo in pochi mesi bello e fornito, perchè Cesio, che quel dì era meco, ci sta sopra con tutta la diligenza. Di là, per la via Vitularia, ne venni difilato nel podere di Fufidio, che io nell'ultimo bando t'avea comperato da Fufidio in Arpino per centomila sesterzi. Io non ho per anche veduto luogo di più ombra per la state; anche in più parti c'è acqua corrente di grossa polla. Che ne vuoi tu? Cesio fa ragione che tu ne potrai sottosopra annaffiare cinquanta giugeri di prato. Ben ti prometto io (e di ciò mi conosco io meglio) che tu ci avrai una casa di maraviglioso diletto, aggiungendovi una peschiera, zampilli d'acqua, una palestra ed un bosco verzicante. Odo che tu voglia ri-

Bovillanum [15] velle retinere. De eo quid videatur, ipse constitues. Calvus aiebat, aqua demta, et eius aquae iure constituto [16], et servitute fundo illi imposita, tamen nos pretium servare posse, si vendere vellemus. Messidium mecum habui. Is se ternis nummis [17] in pedem tecum transegisse dicebat; sese autem mensum pedibus aiebat passuum IV CIↃ [18]; mihi plus visum est. Sed praestabo, sumtum nusquam melius posse poni. Chilonem arcesseram [19] Venafro; sed eo ipso die quatuor eius conservos et discipulos Venafri cuniculus oppresserat. Idibus Sept. in Laterio fui. Viam perspexi, quae mihi ita placuit, ut opus publicum videretur esse; praeter CL pass.; sum enim ipse mensus ab eo ponticulo, qui est ad Furinae [20], Satricum versus. Eo loco pulvis, non glarea iniecta est: et mutabitur; et ea viae pars valde acclivis est; sed intellexi aliter duci non potuisse, praesertim quum tu neque per Locustae [21], neque per Varronis velles ducere. Veluinus [22] ante suum fundum prope munierat. Locusta non attigerat [23]; quem ego Romae aggrediar, et, ut arbitror, commovebo: et simul M. Taurum, quem tibi audio promisisse, qui nunc Romae erat, de aqua per fundum eius ducenda rogabo. Nicephorum, villicum tuum, sane probavi; quaesivique ex eo, ecquid ei de illa aedificatiuncula Laterii, de qua mecum locutus es, manda-

tenere questo poder Bovillano: ne farai quello che ti parrà meglio. Diceva Calvo che eziandio senza l'acqua, mantenuta per te la ragione della detta acqua, con tutta questa servitù sopra esso fondo, volendolo noi vendere, ne caveremmo i nostri danari. Io ebbi meco Messidio, il quale diceva d'esser rimaso in concordia di tre sesterzi al piede; ed egli avea misurato in piedi mille quattrocento passi; a me parve più là: ma, ti prometto, non si potea fare spesa più vantaggiata. Mandai da Venafro chiamar Chilone; ma quel dì medesimo quattro suoi servi e discepoli erano rimasi sotto d'una ruina in Venafro. A' 13 di settembre fui in Laterio. Ho osservato la strada, la quale mi piacque di sorta, che ella mi parve lavoro pubblico, da cencinquanta passi in fuori: da che l'ho misurata io medesimo dal ponticello che è al tempio di Furina verso Satrico. Quivi fu gettata non ghiaia, ma polvere; sarà mutata; ma e quella parte di strada è assai ripida: se non che ho veduto che essa non si potè condurre per altro modo, massimamente che tu non volevi condurla per lo fondo di Locusta, nè di Varrone. Veluino ti acconciò ben quella parte che va pel suo fondo. Locusta non ci mise anche mano; ma essend'io a Roma, gliene farò moto, e, come penso, scuoterò l'uomo; e M. Tauro altresì pregherò (che era testè in Roma, e, come sento, te lo promise) che voglia condur l'acqua pel suo podere. Mi lodai forte al tuo castaldo Niceforo, e gli domandai se per conto di quella fabbrichetta in Laterio, della quale tu parlasti, avesse avuto da te nessun

visses. Tum is mihi respondit, se ipsum eius operis H-S XVI [24] conductorem fuisse; sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretium; itaque id se omisisse. Mihi hercule valde placet, te illa, ut constituebas [25], addere: quamquam ea villa, quae nunc est, tamquam philosopha [26] videtur esse, quae obiurget ceterarum villarum insaniam. Verumtamen illud additum delectabit. Topiarium [27] laudavi; ita omnia convestivit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis; ut denique illi palliati [28] topiariam facere videantur, et hederam vendere. Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil muscosius.

2 Habes fere de rebus rusticis. Vrbanam expolitionem urget ille quidem [29], et Philotimus, et Cincius; sed etiam ipse crebro interviso, quod est facile factu. Quamobrem ea te cura liberatum volo. De Cicerone quod me semper rogas, ignosco equidem tibi, sed tu quoque mihi velim ignoscas. Non enim concedo tibi, plus ut illum ames, quam ipse amo. Atque utinam his diebus in Arpinati [30], quod et ipse cupierat, et ego non minus, mecum fuisset. Quod ad Pomponiam [31], si tibi videtur, scribas velim, quum aliquo exibimus, eat nobiscum, puerumque ducat. Clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosus [32]. Nam Romae respirandi non est locus. Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum. Quid nunc putas tanta abs te mihi [33] mercede proposita?

ordine. Mi rispose che egli aveva preso sopra di sè quel lavoro per sedicimila sesterzi; ma che tu ci avevi poi fatto alla detta opera alcune giunte, senza aggiungere al prezzo: onde egli non ci avea messo mano. Or, ti prometto, le giunte che tu volevi farci mi piacciono: quantunque quella casa, come essa sta al presente, mi pare starci a modo di filosofessa la quale rimproveri la stolidità delle altre case. Tuttavia quella giunta farà bella prova. Lodai molto il frascato: così ogni cosa vestì di ellera, dove il zoccolo della casa, dove gl' intercolonnii della camminata: cotalchè que' seri impalandranati [5] mostrano far il lavoro de' frascati, e venderci l' ellera. Dello spogliatoio non è poi cosa più fresca, nè piena di musco.

2 Tu hai ora sottosopra ogni cosa de' fatti di villa. Quanto alla casa di città, Filotimo e Cinzio lavoran di forza a darle l'ultima mano; ma ed io medesimo mi conduco spesso sulla faccia del luogo a farne la veduta, il che non è un fabbricar Roma: il perchè non te ne dare alcuna pena. Il pregarmi che tu fai sempre per Cicerone, io tel perdono sì; ma vorrei che tu a me altresì perdonassi se ti dico che io non ti cedo punto nell'amore che tu gli porti tu. Così fosse egli stato meco di questi dì, come egli desiderava, ed io non meno di lui, nel mio luogo di Arpino! Per quello che spetta a Pomponia, vorrei, se ti pare, che tu le scrivessi che uscendo noi per dovechessia, ella venga con noi, e seco il fanciullo. Io ne vo' levare un chiasso, potendolo aver meco senza sturbi: da che in Roma non c'è modo da aver pure il respiro. Tu sai bene che io prima d'ora te n' avea gratis fatta promessa. Or che pensi tu che io sia per fare al presente, mostrandomene tu così fatta mancia?

3 Venio nunc ad tuas literas, quas pluribus epistolis accepi [34], dum sum in Arpinati. Nam mihi uno die tres sunt redditae, et quidem, ut videbantur, eodem abs te datae tempore: una pluribus verbis, in qua primum erat, quod antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis [35], quam in Caesaris. Id facit Oppius [36] nonnumquam necessario, ut, quum tabellarios constituerit mittere, literasque a nobis acceperit, aliqua re nova impediatur, et necessario serius, quam constituerat, mittat: neque nos datis iam epistolis diem commutari curemus. Scribis de Caesaris summo in nos amore. Hunc et tu fovebis, et nos, quibuscumquė poterimus, rebus augebimus. De Pompeio [37] et facio diligenter, et faciam quod mones. Quod tibi mea permissio mansionis tuae grata est, id ego, summo meo dolore [38] et desiderio, tamen ex parte gaudeo. In Hippodamo [39], et nonnullis aliis arcessendis, quid cogites, non intelligo. Nemo istorum est, quin abs te munus, fundi suburbani instar, exspectet. Trebatium vero meum quod isto admisceas [40], nihil est. Ego illum ad Caesarem misi, qui mihi iam satisfecit. Si ipsi minus [41], praestare nihil debeo: teque item ab eo vindico et libero. Quod scribis te a Caesare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Balbum vero, qui est istius rei (quemadmodum scribis) adiutor, in oculis fero. Trebonium [42]

3 Vengo ora a quelle cose che tu in molte lettere [6], essendo io qui nell'Arpinate, m'hai scritto: da che nel medesimo giorno ne ho avute tre; e (che è il bello) da te scritte, come parea, nel medesimo tempo; ed una ben lunga, nella quale innanzi tratto trovai che ella avea più vecchia data di quella di Cesare: cosa che alle volte fa Oppio [7] necessariamente; perchè avendo egli deliberato di mandar i corrieri, e in questo mezzo avendo avute lettere da me, essendo ritardato da qualche nuovo accidente, di necessità e' manda più tardi che non voleva; e a noi non importa che, essendo già le lettere consegnate, egli muti loro la data. Tu mi scrivi del gran bene che ci vuol Cesare. Tu dunque farai di tenerlo caldo, e noi al possibile vedremo di accenderlo più. Quello che tu m'avvisi di Pompeo, io il fo ben di forza, e 'l farò. Che l'averti io assentito di restare costì, a te sia caro, io ne porto sommo dolore e desiderio, e in parte piacere. Nel far venire gli scozzonatori e cotali altri, io non intendo quello che tu te ne voglia. Non è di costoro alcuno il quale non aspetti, a modo di villa suburbana, d'esser qui, o qua adoperato. Che tu poi in questo fatto ci voglia mettere anche il mio Trebazio [8], è una ciancia: chè io il mandai a Cesare, del quale io rimasi bene contento. Se poi egli non se ne loda troppo, io non gli sto pagatore di nulla: e così te io franco e libero per conto di lui. Sento un piacer immortale che (come mi scrivi) Cesare ti ami ogni dì più; e Balbo, che tu mi di' riscaldar questo affetto, io lo abbraccio e lo bacio. Godo quanto posso che tu ami Trebazio, e che egli

meum a te amari, teque ab illo, pergaudeo. De tribunatu quod scribis, ego vero nominatim petivi [43] Curtio, et mihi ipse Caesar nominatim Curtio paratum esse rescripsit, meamque in rogando verecundiam obiurgavit. Si cui praeterea petiero (id quod etiam Oppio dixi, ut ad illum scriberet), facile patiar mihi negari, quoniam illi, qui mihi molesti sunt [44], sibi negari a me non facile patiuntur. Ego Curtium (id quod ipsi dixi) non modo rogatione, sed etiam testimonio tuo diligo, quod literis tuis studium illius in salutem nostram facile perspexi. De Britannicis rebus cognovi ex tuis literis nihil esse nec quod metuamus, nec quod gaudeamus. De publicis negotiis, quae vis ad te Tironem scribere, negligentius ad te ante scribebam, quod omnia minima, maxima ad Caesarem mitti sciebam.

4 Rescripsi epistolae maximae. Audi nunc de minuscula: in qua primum est de Clodii ad Caesarem literis; in quo Caesaris consilium probo, quod tibi amantissime petenti veniam non dedit [45], uti ullum ad illam Furiam verbum rescriberet. Alterum est de Calventii Marii [46] oratione. Quod scribis, miror: tibi placere, me ad eam [47] rescribere, praesertim quum illam nemo lecturus sit, si ego nihil rescripsero; meam in illum [48] pueri omnes, tamquam dictata, perdiscant. Libros meos [49], quos exspectas, inchoavi; sed con-

altresì te. Quanto a quel che mi scrivi del tribunato, la cosa è qui: che io l'avea chiesto nominatamente per Curzio; ed esso Cesare mi rispose che egli nominatamente per Curzio il tenea apparecchiato; e mi rimproverò il mio vergognarmi di domandarglielo. Se io il dimandi quinci innanzi per chicchessia, io (e così ho detto anche ad Oppio che scrivesse egli a lui) mi passerò ben leggermente che la cosa mi sia negata: da che questi fastidiosi non sanno acconciarsi ad aver negative da me. Curzio io lo amo, non pure perchè tu me ne preghi, ma e perchè io ne ho testimonio delle tue lettere assai chiaro quanto egli sia tenero del nostro bene. Quanto all'Inghilterra, le tue lettere niente mi danno nè da temere, nè da godere. Degli affari pubblici che tu vuoi saper da Tirone, io ti ho scritto fino a qui lievemente, perchè sapeva che a Cesare andavano le nuove di ogni cosa, minima e massima.

4 Ho risposto alla tua lettera lunga lunga; or vengo alla piccoletta, la qual dicea prima delle lettere di Clodio a Cesare. Nel qual proposito io lodo il consiglio di Cesare del non concederti che fece (quantunque tu gliel'avessi dimandato con infinita amorevolezza) di voler rispondere a quella Furia eziandio una parola 9. L'altra cosa è dell'orazione di Calvenzio Mario. Or come è stato mai che tu mi di' avresti caro che io gli rispondessi? massimamente che, non rispondendo io, non ci sarà persona che la legga; laddove la mia contro di lui tutti i fanciulli se l'imparano a mente, come fanno delle lezioni? A' libri miei, che tu aspetti, ho messo

ficere non possum his diebus. Orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio[50] absolvi. Poëma[51] ad Caesarem, quod composueram, incidi. Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt[52], siquid habebo spatii, scribam.

5 Venio ad tertiam. Balbum quod ais mature Romam bene comitatum[53] esse venturum, mecumque assidue usque ad Idus Maias futurum, id mihi pergratum, perque iucundum erit[54]. Quod me in eadem epistola, sicut saepe antea, cohortaris ad ambitionem[55] et ad laborem: faciam equidem; sed quando vivemus? [56]

6 Quarta epistola mihi reddita est Id. Sept., quam a. d. IIII Idus Sextiles ex Britannia dederas. In ea nihil sane erat novi, praeter Erigonam[57]: quam si ab Oppio accepero, scribam ad te quid sentiam. Nec dubito, quin mihi placitura sit. Et quod praeterii, de eo[58], quem scripsisti de Milonis plausu scripsisse ad Caesarem: ego vero facile patior ita Caesarem existimare, illum quam maximum fuisse plausum: et prorsus ita fuit: et tamen ille plausus, qui illi datur, quodammodo nobis videtur dari.

7 Reddita est etiam mihi[59] pervetus epistola, sed sero allata, in qua de aede Telluris, et de porticu Catuli[60] me admones. Fit utrumque diligenter. Ad Telluris quidem etiam tuam statuam locavi. Item de hortis, quod me admones[61]:

mano; ma finirli in questi giorni non posso. Ho fornite le orazioni, che tu mi raddomandi, in difesa di Scauro e di Plancio [10]. Ho fatto in pezzi il poema a Cesare, che aveva composto. Avendo un po' di ozio, ti scriverò di quelle cose di che tu mi preghi: da che le fonti hanno sete.

5 Vengo alla terza. Poichè Balbo, come mi di', verrà a Roma di corto con buona accompagnatura per esser meco continuo fino a' 15 di maggio, io ne avrò il maggior piacere del mondo. Nella stessa lettera tu mi conforti (e già prima il facesti bene spesso) all'ambizione ed alla fatica. Io il farò sì certo: ma quando mi darò io un po' di vita?

6 La quarta lettera ebbi io a' 13 di settembre, con tua data de' 10 di agosto dall'Inghilterra; nella quale niente era di nuovo, salvo l'Erigona [11], la quale ricevendo io da Oppio, te ne dirò il mio parere; e ben mi piacerà: non ne dubito. E c'era anche (mi s'era sdimenticato) l'altra cosa che tu scrivi d'avere scritto a Cesare: cioè il plauso dato a Milone. Or a me non fa forza che Cesare creda quel plauso essere stato a cielo: ora al tutto esso fu tale; ma egli è vero però che il plauso che si dà a lui, pare per certo modo dato a me.

7 E mi fu altresì consegnata un'assai vecchia lettera, e data assai tardi, nella quale mi tocchi del tempio della Terra e del portico di Cátulo [12]: l'uno e l'altro va innanzi di buon passo; anzi nel tempio della Terra ho io allogata eziandio la tua statua. Similmente, quanto agli

nec fui umquam valde cupidus, et nunc domus suppeditat mihi hortorum amoenitatem. Romam quum venissem a. d. XIII Kal. Octobr. absolutum offendi in aedibus tuis tectum: quod supra conclavia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum: id nunc [62] honeste vergit in tectum inferioris porticus. Cicero noster [63], dum ego absum, non cessavit apud rhetorem. De eius eruditione quod labores, nihil est, quoniam ingenium eius nosti: studium ego video. Cetera eius suscipio, ut me putem praestare debere. Gabinium tres adhuc factiones [64] postulant: L. Lentulus, flaminis filius, qui iam de maiestate postulavit; Ti. Nero cum bonis subscriptoribus; C. Memmius tribunus plebis cum L. Capitone. Ad urbem accessit a. d. XII Kal. Octobr.; nihil turpius, nec desertius [65]. Sed his iudiciis nihil audeo confidere. Quod Cato [66] non valebat, adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus. Pompeius a me valde contendit de reditu in gratiam [67]; sed adhuc nihil profecit, nec, si ullam partem libertatis tenebo, proficiet. Tuas literas vehementer exspecto. Quod scribis te audisse in candidatorum consularium coitione [68] me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factae sunt, quas postea Memmius patefecit, ut nemo bonus interesse debuerit: et simul mihi committendum non fuit, ut his coitionibus interessem,

orti che tu mi tocchi, io veramente non ne fui mai troppo voglioso; ed anche al presente la casa ci fornisce di giardini amenissimi. Tornato a Roma, a' 19 di settembre, trovai della tua fabbrica finito il tetto; poscia che a te non piaceva che esso riuscisse sopra le stanze in molte punte, ora dicevolmente cala sopra il tetto dél portico a basso. Il Ciceron nostro, essendo io fuori, non fallò mai alla scuola del Retore. Del suo imparare tu non dei darti pena: chè ben conosci il suo ingegno, ed io lo studiare che e' fa. Del resto per conto suo statti pure sopra di me: io mi tengo essertene pagatore. Tre partiti hanno tuttavia data l'accusa contro Gabinio [13]: L. Lentulo, figliuolo del Flamine, che l'accusò di lesa maestà; Ti. Nerone con sottoscrittori dabbene; C. Memmio tribuno della plebe con L. Capitone. Egli fu a Roma a' 20 di settembre: niente più vituperoso, nè più diserto. Ma sopra siffatti giudizii non oso far assegnamento veruno. Essendo malato, Catone non fu per anche accusato di frodo. Pompeo fa meco tanti sforzi per tirarmi a tornar seco in grazia: ma fino al presente non ne fece nulla; nè, potendo io mantener briciolo di libertà, punto farà [14]. Aspetto tue lettere come pioggia di luglio. Tu mi scrivi d'aver sentito dire che io fui uno della lega de' candidati consolari; ma egli è falso: conciossiachè in quella lega si fecero accordi di tal natura (come poi Memmio manifestò), che uom dabbene non ci dovea poter essere; ed anche io non poteva patire di trovarmi in tale trattato, dal quale

3 Assai mi consolò la tua lettera, che mi dice della virtù e moderazione da Cesare mostrata nel colmo del suo dolore. Tu mi conforti di dar l'ultima mano al poema cominciato per lui. Or quantunque di brighe e vie più di animo io sia trassinato, nondimeno, da che Cesare conobbe, dalla mia lettera a te, che io era entrato un po' dentro, rimetterò mano, e'l recherò a termine in questo ozio de' giorni delle supplicazioni, ne' quali io veggo con gran piacere il nostro Messala e gli altri finalmente cavati di pena; e se voi l'avete già bello e fatto console con Domizio, voi non uscite punto da ciò che ne credo io medesimo. Messala io lo obbligo tutto a Cesare. Memmio si sta a fidanza del venire di Cesare[3]; nel che io lo credo ingannato: certo egli è nulla. Pompeo scartò Scauro; egli è un pezzo. Le cose vanno in lungo; i comizii passano ad interregno. Si bucina di un dittatore: il che a' buoni non gradisce, ed a me vie meno le cose che e' parlano; ma tutto l'affare è in timore e in languore. Pompeo dice al tutto di non volerci aver mano; a me non parlava prima così. Irro mostra dover essere il menatore. Oh cielo! che gocciolone! quanto tenero di sè, non avendo rivale 4. Pompeo isconfortò (per opera mia)

Iunianum, hominem mihi deditum, per me deterruit [17]. Velit, nolit, scire difficile est. Hirro tamen agente, nolle se non probabit. Aliud hoc tempore de re publica nihil loquebantur. Agebatur quidem certe nihil.

4 Serrani Domestici filii funus perluctuosum fuit a. d. IIX Kal. Decemb. Laudavit pater scripto meo [18].

5 Nunc de Milone. Pompeius ei nihil tribuit, et omnia Guttae; dicitque se perfecturum, ut in illo Caesar incumbat. Hoc horret Milo; nec iniuria: et, si ille dictator factus sit, paene diffidit. Intercessorem dictaturae si iuverit manu et praesidio suo, Pompeium metuit inimicum; si non iuverit, timet, ne per vim perferatur [19]. Ludos apparat magnificentissimos; sic, inquam, ut nemo sumptuosiores. Stulte bis, terque, non postulatus [20]: vel quia munus magnificum dederat, vel quia facultates non erant, [vel quia magister] [21] vel quia potuerat magistrum se, non aedilem [22] putare. Omnia fere scripsi. Cura, mi carissime frater, ut valeas.

CLIX. (Ad Q. frat. III, 9)

Argumentum. 1 De Gabinio a se non defenso; 2 de Milonis in ludis instituendis profusione; 3 de motibus venientis anni; 4 de mancipiis a Quinto sibi emendis; 5 de epistola Vatinii; 6 de poemate ad Caesarem ab-

Crasso Giuniano [5], persona tutta mia, dal proposto. Se egli lo voglia, o no, è un mistero. Tuttavia, finchè Irro lavora, non potrà persuadere nessuno che egli non ne abbia voglia. Al presente niente altro si dice delle cose pubbliche: certo niente si fa.

4 Cavò le lagrime la morte di Serrano Domestico, il figliuolo, a' 25 di novembre. Il padre ne recitò l'elogio scritto da me.

5 Or di Milone. Pompeo non fa punto per lui; ogni cosa per Gutta; e dice di voler tirar Cesare a dargli mano. Milone ne sente il ribrezzo; nè a torto; e se egli sia fatto dittatore, egli la fa quasi spacciata. Se egli dia di spalla e sostenga chi si opponga alla dittatura, teme di farsi nemico Pompeo; se non dà di spalla, teme che la legge non sia fatta per forza. Mette a ordine splendidissimi giuochi: tanto che niuno ne fece di più sontuosi. Pazzo due e tre volte, perchè non fu dimandato [6]: o perchè di magnifichi n'avea già dati, o perchè le sue sostanze non erano tante, o perchè egli era sopracciò, o perchè avrebbe potuto crear sè sopracciò [7], non edile. Io ho, mi pare, vôtato il sacco. Tu, fratel mio carissimo, fa di star bene.

CLIX. (A Q. frat. III, 9)

Argomento. 1 Di Gabinio da lui non voluto difendere; 2 dello scialacquamento fatto da Milone nell' ordinare de' giuochi; 3 del gran muovere che si facea per l'anno vegnente; 4 degli schiavi che Quinto volea gli fossero comperati; 5 della lettera di Vatinio; 6 del poema per Cesare bello e fornito;

soluto; 7 de Quinti aedificiis; 8 de Felicis testamento; 9 de Quinti filio.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Dec. init.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 De Gabinio nihil fuit faciendum istorum, quae amantissime cogitata sunt [1]. Τότε μοι χάνοι. Feci summa cum gravitate, ut omnes sentiunt, et summa cum lenitate, quae feci. Illum neque ursi, neque levavi. Testis [2] vehemens fui: praeterea quievi. Exitum [3] iudicii foedum et perniciosum levissime tuli [4]. Quod quidem bonum mihi nunc denique redundat, ut his malis rei publicae licentiaque audacium, qua ante rumpebar, nunc ne movear quidem. Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus.

2 Itaque, ex re publica quoniam nihil iam voluptatis capi potest, cur stomacher [5], nescio. Literae me, et studia nostra, et otium, villaeque delectant, maximeque pueri nostri. Angit unus Milo [6]. Sed velim finem afferat consulatus: in quo enitar non minus, quam sum enisus in nostro; tuque istinc, quod facis, adiuvabis [7]. De quo, cetera (nisi plane vis eripuerit) recte sunt; de re familiari timeo.

Ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς.

qui ludos LLS ccc [8] comparet. Cuius in hoc uno

7 degli edifizii di Quinto; 8 del testamento di Felice; 9 del figliuolo di Quinto.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, a' primi di Decembre.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 Nel fatto di Gabinio non avea luogo nessuna delle cose che tu amorevolmente avevi divisate. *Mi si apra la terra.* Ogni cosa che ho fatto, ho fatta, come tutti ne giudicano, con gravità e somma mitezza: chè nè a lui ho data la spinta, nè la mano a levarlo. Ho dato una calda testimonianza, e poi non mi son mosso nulla più. Il giudizio che ne uscì è una dannosissima ribalderia, ed io con tutta pace me ne passai [1]. Bensì un bene ora finalmente me ne ridonda, che in tanto guasto della Repubblica e sfrenatezza degli uomini audaci, là dove prima io ne scoppiava, ora eziandio non mi muovo. Certo niente è al mondo più ribaldo delle persone e de' tempi presenti.

2 Poi dunque che dalla Repubblica non si può oggimai aver gocciolo di piacere, non so io il perchè debba crucciarmi. Io mi godo al presente le lettere, gli studi nostri, l'ozio, le ville, e soprattutto i nostri fanciulli. La sola spina è Milone; e vorrei pure che si togliesse dal far opera pel consolato; nel qual fatto io non meno non mi metterò coll'arco dell'osso, che io facessi nel mio; e tu, come fai, mi darai costinci di spalla. Delle altre cose a lui partenenti, se la forza ce le cava di mano, niente meglio. Solo ho paura quanto all'avere. *Egli è pazzo per forma da non poter tollerare:* chè si apparecchia di gittare trecentomila sesterzii [2] ne' giuochi. La cui balordaggine in solo

inconsiderantiam [9] et ego sustinebo, ut potero, et, tu ut possis, est tuorum nervorum.

3 De motu temporum venientis anni, nihil te intelligere volueram domestici timoris [10], sed de communi reipublicae statu: in quo etiamsi nihil procuro, tamen nihil curare vix possum. Quam autem te velim cautum esse in scribendo, ex hoc coniicito, quod ego ad te ne haec quidem scribo, quae palam in re publica turbantur, ne cuiusquam animum meae literae interceptae offendant. Quare domestica cura te levatum volo. In re publica [11] scio quam solicitus esse soleas. Video Messalam nostrum consulem, si per interregem [12], sine iudicio: si per dictatorem, tamen sine periculo. Odii nihil habet. Hortensii [13] calor multum valebit. Gabinii absolutio lex impunitatis putatur [14]. Ἐν παρέργῳ; de dictatore tamen actum adhuc nihil est. Pompeius abest; Appius miscet [15]; Hirrus parat; multi intercessores numerantur; populus non curat; principes nolunt; ego quiesco.

4 De mancipiis, quod mihi polliceris, valde te amo: et sum equidem, uti scribis, et Romae, et in praediis infrequens [16]. Sed cave, amabo, quicquam, quod ad meum commodum attineat, nisi maximo tuo commodo, et maxima tua facultate, mi frater, cogitaris.

5 De epistola Vatinii [17] risi. Sed me ab eo ita observari scio, ut eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam.

questo fatto io vedrò di portarmi come potrò; e tu per poter farlo ci adopererai tutta la tua virtù.

3 Sopra i movimenti che aspettiamo nell'anno vegnente, io non volea farti nulla sapere che ti desse timore per conto della famiglia, sì dello stato del nostro comune; nel quale sebbene io non ho alcuna amministrazione, gittarmelo dietro le spalle non posso. Or quanto io ti desideri provveduto nello scrivere, fammi ragione da ciò, che io nè eziandio ti scrivo de' rimescolamenti che bollono sugli occhi di tutti nella Repubblica, non forse qualche mia lettera intercetta dovesse offendere chicchessia. Il perchè io ti voglio liberò da ogni pena per conto di casa; per conto della Repubblica, so io bene quanto ella ti stia a cuore. Veggo il nostro Messala fatto console [3]; se sotto l' interrè, senza giudizio; se sotto dittatore, certo senza pericolo. Egli non ha odio da nessuno; l' ardor di Ortensio molto gli gioverà. L'assoluzion poi di Gabinio passa per una legge d' impunità. *Sia detto alla sfuggita:* quanto al dittatore non s' è però fatto anche nulla. Pompeo è fuori; Appio fa le carte; Irro mette a ordine; son già nominati gli oppositori; il popolo non se ne dà pena; i principali non l'intendono; io mi sto quatto.

4 Gran mercè de' servi che mi prometti; ed è vero quello che scrivi, che qui in Roma e ne' miei luoghi ne ho ben pochi. Ma vedi bene (te ne priego) che tu non pensi a farmi cosa di mio comodo, senza tua somma comodità, e col maggior agio che tu mai possa.

5 Ho riso della lettera di Vatinio: se non che io so bene di essere da lui codiato per forma, che questi suoi odii non pur io li sorbisco, ma li digerisco eziandio.

6 Quod me hortaris, ut absolvam: habeo absolutum suave, mihi quidem uti videtur, ἔπος ad Caesarem [18]; sed quaero locupletem tabellarium, ne accidat quod Erigonae tuae [19]; cui soli, Caesare imperatore, iter ex Gallia tutum non fuit.

7 * * Quid? [20] si caementum bonum non habeam, deturbem aedificium? [21] quod quidem quotidie mihi magis placet: in primisque inferior porticus, et eius conclavia fiunt recte. De Arcano, Caesaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicuius. Imagines enim istae, et palaestra, et piscina, et nilus, multorum Philotimorum [22] est, non Diphilorum. Sed et ipsi ea adibimus, et mittemus, et mandabimus.

8 De Felicis testamento tum magis querare, si scias. Quas enim tabulas se putavit obsignare, in quibus in unciis [23] firmissimum tenuerat (lapsus est per errorem et suum, et Sicurae servi), non obsignavit: quas noluit, eas obsignavit. Ἀλλ' οἰμωζέτω: nos modo valeamus.

9 Ciceronem [24], et ut rogas, amo, et ut meretur, et ut debeo. Dimitto autem a me, et ut a magistris ne abducam, et quod mater Pomponia [25] discedit, sine qua edacitatem pueri pertimesco. Sed sumus una [26] tamen valde multum. Rescripsi ad omnia, mi suavissime et optime frater.

6 Quanto a quello a che mi conforti di mettere l'ultima mano, sappi io ho già bello e fornito un soave (come mi sembra) poema a Cesare; ma sto cercando di un ricco corriere, acciocchè non intravvenga quello che alla tua Erigona, la qual sola, essendo Cesare imperadore, non potè avere dalla Gallia passo sicuro.

** 7 Or che vuoi tu? non avendo io buon cemento, manderò io a terra la fabbrica? 4 la qual (ti so dire) mi piace ogni dì meglio: soprattutto il portico in terreno, e le sue camere vanno avanti egregiamente. Del suo Arcano ti dico ch' egli è opera da Cesare, o (tel giuro) da chicchessia altro di più raffinato gusto: da che queste immagini, e la palestra e la peschiera e 'l Nilo 5, è cosa non da molti Difili, ma Filotimi. Ma io medesimo mi condurrò sulla faccia de' luoghi, e manderemo e ordineremo.

8 Del testamento di Felice bestemmia anche più, se però puoi, da che egli non suggellò la carta che si credea suggellare: dico quella delle dodici once, nel che tenea sodo (fallò per isbaglio suo e del servo Sicura), e suggellò quello che non volea. *Mal abbia costui:* sì noi pensiamo a star bene.

9 Il Cicerone amo io, come tu me ne preghi, e come egli merita ed è dover mio; ma lo parto da me, sì per non levarlo da' maestri, e sì perchè la madre Pomponia è sul partire; e senza di lei la golosità del fanciullo mi fa temere. E tuttavia stiamo di brigata del tempo assai. Ho risposto a ogni cosa, fratelmo ottimo e soavissimo.

CLX. (Ad Div. XIII, 60)

Argumentum. Livineium Tryphonem L. Livineii Reguli libertum commendat.

Scr. Romae intra A. V. C. DCXCVII et DCXCIX.

M. T. CICERO MVNATIO [1] C. F. S. D.

L. Livineius Trypho est omnino [1] L. Reguli, familiarissimi mei, libertus; cuius calamitas [2] etiam officiosiorem me facit in illum. Nam benivolentior, quam semper fui, esse non possum. Sed ego libertum eius per se ipsum diligo. Summa enim eius erga me officia exstiterunt his nostris temporibus [3], quibus facillime bonam benivolentiam [4] hominum et fidem perspicere potui. Eum tibi ita commendo [5], ut homines grati et memores bene meritos de se [6] commendare debent. Pergratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quod pro salute mea multa pericula adierit, saepe hieme summa navigarit, pro tua erga me benivolentia gratum etiam tibi fecisse.

CLXI. (Ad Div. XIII, 73)

Argumentum. Salvum Philippum ex provincia revertisse gratulatur; Egnatii et Oppii causa gratias agit, et ut Antipatri filios sibi condonet, rogat.

CLX. (A Div. XIII, 60)

Argomento. Raccomanda Livineio Trifone, liberto di L. Livineio Regolo.

Scritta a Roma tra l'anno DCXCVII e 'l DCXCIX.

M. T. CICERONE A C. MUNAZIO, FIGLIO DI CAIO, S.

Lucio Livineio Trifone è certamente liberto di L. Regolo mio amicissimo, la cui misventura mi rende via più officioso verso di lui: chè più benevogliente che io mi sia sempre stato, non posso essere. Ma il costui liberto io amo per amore di lui medesimo: conciossiachè maggiori non possono essere i servigi da lui renduti mi in quel mio tempo, nel quale assai leggermente ho potuto conoscere la leale benevolenza e fede delle persone. Io tel raccomando così, come gli uomini grati e conoscenti debbono fare delle persone che bene di loro meritarono. Tu farai a me cosa assai grata, se tu gli farai conoscere sè aver fatto eziandio a te cosa grata di essersi per la salvezza mia messo a molti pericoli, e spesso datosi in mare nel cuor del verno.

CLXI. (A Div. XIII, 73)

Argomento. Si congratula con Filippo del suo felice ritorno dalla provincia; gli rende grazie per Egnazio ed Oppio, e gli dimanda in grazia i figliuoli d'Antipatro.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX.

M. T. CICERO Q. PHILIPPO PROCOS.[1] S. D.

Gratulor tibi, quod ex provincia [2] salvum te ad tuos recepisti, incolumi fama et re publica. Quod si Romae te vidissem, coram [3] gratias egissem, quod tibi L. Egnatius, familiarissimus meus, absens, L. Oppius, praesens [4], curae fuisset. Cum Antipatro Derbete mihi non solum hospitium, verum etiam summa [5] familiaritas intercedit. Ei te vehementer succensuisse audivi, et moleste tuli. De re nihil possum iudicare, nisi illud [6] mihi certe persuadeo, te, talem virum, nihil temere fecisse. A te autem, pro vetere nostra necessitudine, etiam atque etiam peto, ut eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones; nisi quid existimas [7] in ea re violari existimationem tuam. Quod ego si arbitrarer, numquam te rogarem; mihique tua fama multo antiquior esset, quam illa necessitudo est. Sed mihi ita persuadeo [8] (potest fieri, ut fallar) eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore. Quid fieri possit [9], et quid mea causa facere possis (nam, quin [10] velis, non dubito), velim, si tibi grave non erit, certiorem me facias.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX.

M. T. CICERONE A Q. FILIPPO, PROCONSOLE [1], S.

Io mi congratulo teco che salvo, in buon essere di fama e di Repubblica, ti sia ricondotto a' tuoi. Se in Roma t'avessi veduto, io t'avrei reso grazie di presenza della cura che ti se' presa di L. Egnazio, mio intrinseco, lontano, e di L. Oppio presente. Antipatro Derbete è molto cosa mia non pur per ragione di ospizio, ma e di somma dimestichezza. Ho udito dire con mio gran dolore che tu avesti con lui fortissima briga. Del fatto io non posso far giudizio: salvo che mi tengo ben sicuro che tu verso siffatto personaggio nulla debbi aver fatto contro ragione. Ora per l'antica nostra amicizia io ti prego, quanto mai posso, che i figliuoli di lui, che sono in tua mano, avendo a me buon riguardo, tu me li doni: se già tu non giudicassi che per questo conto ne pericolasse la tua buona fama. Ma se di questo io temessi, certo non te ne pregherei; e molto sarei più tenero dell'onor tuo, che di quella nostra amicizia. Ma io sono certo (e potrei anche ingannarmi) questa cosa meglio ad onore che a biasimo doverti tornare. Adunque quello che far se ne possa, quello che tu possa fare (da che del volere non dubito), io avrei caro, se non ti grava, che mel facessi assapere.

CLXII. (Ad Div. XIII, 42)

Argumentum. Lucceium commendat Culleolo.

Scr. Romae intra A. V. C. DCXCIII et DCXCIX.

M. T. CICERO L. CVLLEOLO [1] PROCOS. S. P. D.

L. Lucceius meus [2], homo omnium gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, quum diceret, omnia te cumulatissime et liberalissime procuratoribus suis pollicitum esse. Quum oratio tua tam ei grata fuerit, quam gratam rem ipsam existimas fore, quum, ut spero, quae pollicitus es, feceris? Omnino ostenderunt [3] Bulliones, sese Lucceio Pompeii arbitratu satisfacturos [4]. Sed vehementer opus est nobis, et voluntatem, et auctoritatem, et imperium tuum accedere. Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo. Illudque [5] mihi gratissimum est, quod ita sciunt Lucceii procuratores, et ita Lucceius ipse ex literis tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem aut gratiam valere plus, quam meam. Id [6] ut re experiatur, iterum et saepius te rogo.

CLXIII. (Ad Div. XIII, 41)

Argumentum. Gratias agit et suo et Pompeii nomine pro Culleoli erga Lucceium benignitate: eumdemque denuo commendat.

CLXII. (A Div. XIII, 42)

Argomento. Raccomanda Lucceio a Culleolo.

Scritta a Roma tra l'anno DCXCIII e 'l DCXCIX.

M. T. CICERONE A L. CULLEOLO, PROCONS., S.

Lucio Lucceio, mio amicissimo, persona la più riconoscente del mondo, rese a te in casa mia singolarissime grazie, dicendomi che a' suoi procuratori hai fatto di tutto le più larghe e splendide profferenze. Or conciossiachè a lui sia tornato sì caro questo tuo parlare, quanto pensi tu dovergli essere il fatto? quando tu, come spero, queste promesse recherai ad effetto. Al tutto i Bullioni[1] si sono mostrati prontissimi di pagar Lucceio al piacer di Pompeo: nondimeno troppo mi fa bisogno che tu ci metta eziandio il tuo studio, l'autorità ed il comando; ed io te ne priego quanto posso più caldamente. E mi è altresì carissimo che si sappiano i procuratori di Lucceio, e si abbia saputo Lucceio medesimo, per le lettere che tu gli hai scritto, non essere autorità o grazia di uomo del mondo che appo te abbia più valor della mia. Torno per la seconda e per mille volte a pregarti che tu glielo provi per opera.

CLXIII. (A Div. XIII, 41)

Argomento. Ringrazia, in nome proprio e di Pompeo, Culleolo dell'amorevolezza usata a Lucceio; e da capo gliel raccomanda.

Scr. Romae paullo post super. epist.

M. T. CICERO L. CVLLEOLO [1] S. P. D.

Quae fecisti L. Lucceii causa, scire te plane volo, te homini gratissimo commodasse [2]; et quum ipsi, quae fecisti, pergrata sunt, tum Pompeius, quotiescumque me videt (videt autem saepe [3]), gratias tibi agit singulares. Addo etiam illud, quod tibi iucundissimum esse certo scio, me ipsum ex tua erga Lucceium benignitate, maxima voluptate affici. Quod superest, quamquam mihi non est dubium, quin quum [4] antea nostra causa, nunc iam etiam tuae constantiae gratia, mansurus sis in eadem ista liberalitate: tamen abs te vehementer etiam atque etiam peto, ut ea [5], quae initio ostendisti, deincepsque fecisti, ad exitum augeri et cumulari per te velis. Id et Lucceio et Pompeio valde gratum fore, teque apud eos praeclare positurum [6] confirmo et spondeo. De re publica, deque his negotiis cogitationibusque nostris perscripseram [7] ad te diligenter paucis ante diebus; easque literas dederam pueris tuis.

CLXIV. (Ad Div. XIII, 49)

Argumentum. Q. Pompeium ita proconsuli Curio commendat, ut quasi propter familiaritatem postulet.

Scritta a Roma poco dopo la precedente lettera.

M. T. CICERONE A L. CULLEOLO [1] S.

Per conto di ciò che tu facesti per amore di L. Lucceio [2], io ti vo' al tutto veder persuaso che tu ne accomodasti persona conoscentissima; e siccome il tuo benefizio è stato carissimo a lui medesimo, così anche Pompeo, ogni volta che mi vede (il che è spessissimo), ti manda un subisso di ringraziamenti. Ed aggiungo altresì una cosa, la qual so di certo esserti giocondissima, che io di questo tuo buon animo verso Lucceio me ne sento un incredibil piacere. Da ultimo, quantunque io non dubito che come tu da prima per amore di me, ora eziandio per onore della tua fermezza, tu non sia per durare in questa tua medesima liberalità; nondimeno ti prego, con quanto ho e posso avere di forza, che al bene che da principio avevi promesso, ed appresso anche fatto, tu voglia far belle giunte, e mettervi il colmo fino a cosa fornita. Ora che ciò a Lucceio ed a Pompeo debba esser gratissimo, e che in tali persone tu abbia allogato con grassa usura il tuo benefizio, tel dico io e te ne sto pagatore. Circa la Repubblica, e gli affari presenti, e i nostri consigli, io ti scrissi accuratamente, or fa pochi giorni, e consegnato la lettera a' tuoi fanti.

CLXIV. (A Div. XIII, 49)

Argomento. Raccomanda a Curio proconsole Q. Pompeo per forma, che per ragion d'amicizia quasi lo esige.

Anno incerto.

CICERO CVRIO PROCOS. [1] S. P. D.

Q. Pompeius, Sext. F., multis et veteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est. Is, quum antea meis commendationibus et rem, et gratiam, et auctoritatem suam tueri consuerit [2]: nunc profecto, te provinciam obtinente, meis literis assequi debet, ut nemini se intelligat commendationem umquam fuisse. Quamobrem a te maiorem in modum peto, ut, quum omnes meos aeque ac tuos observare, pro nostra necessitudine, debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat, nullam rem sibi maiori usui, aut ornamento, quam meam commendationem esse potuisse.

CLXV.

(Ad Div. I, 10)

Argumentum. Significat Valerio, se eius nomine P. Lentulo gratias egisse, eumque ut domum redeat hortatur.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX.

M. T. CICERO L. VALERIO IVRISCONSVLTO S. D.

Cur enim [1] tibi hoc non gratificer, nescio; praesertim quum his temporibus audacia pro sapientia licet uti. Lentulo nostro [2] egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim desinas

Anno incerto.

CICERONE A CURIONE [1], PROCONSOLE, S.

A Q. Pompeo di Sestio sono io legato per molti e vecchi rispetti d'intrinsichezza. Or, conciossiachè egli già prima d'ora fosse usato di assicurare le sostanze e la grazia e l'autorità sua con le mie raccomandazioni, ora vie meglio, che tu hai preso cotesto governo, debbe sperimentare per queste mie lettere che non fu mai persona a nessun altro più strettamente raccomandata di lui. Il perchè io ti domando con la maggiore efficacia, che dovendo tu per la intrinsichezza nostra aver riguardo a tutte le persone mie niente men che alle tue, tu tolga sopra tutti a favorire costui per forma, che egli senta, questa mia raccomandazione essergli tornata a maggiore comodità di tutte altre cose del mondo.

CLXV. (A Div. I, 10)

Argomento. Fa sapere a Valerio d'avere in nome di lui renduto grazie a P. Lentulo; e confortalo di ricondursi a casa.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX.

M. T. CICERONE A L. VALERIO [1] GIURECONSULTO S.

E che? [2] non vorrò io lisciarti con questo nome? massimamente che in questo tempo i tuoi pari adoperano la temerità per sapienza. Al nostro Lentulo ho scritto rendendogli grazie diligentemente in tuo nome.

iam nostris literis [3] uti, et nos aliquando revisas; et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic [4] ubi solus sapere [5] videare. Quamquam qui istinc veniunt [6], partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas [7]: partim contumeliosum, quod male respondeas [8]. Sed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac, ut quam primum venias [9], neque in Apuliam tuam [10] accedas, ut possimus salvum venisse gaudere [11]. Nam illo si veneris, tamquam Vlysses, cognosces tuorum [12] neminem. Vale.

CLXVI. (Ad Div. II, 1)

Argumentum. 1 Accusatus a Curione negligentiae literarum se excusat; 2 eumque tamdiu absentem fuisse dolet, hortaturque, ut exspectationem sui, quum excitaverit sustineat ac tueatur.

Scr. Romae A. V. C. DCC, sub interregno.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. D. [1]

1 Quamquam me nomine negligentiae suspectum tibi esse doleo, tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam iucundum requiri: praesertim quum [2], in quo accusabar, culpa vacarem; in quo autem desiderare te significabas meas literas, prae te ferres perspectum mihi quidem [3], sed tamen dulcem et

Ma io vorrei che tu oggimai finissi di far meco per lettere, anzi venissi a rivederci una volta. E or non t'è meglio esser qui, dove tu saresti qual cosa, che costì dove tu solo fai il protoquamquam? Sebbene que' che vengono di costà, parte ci dicono che tu stai in contegno, non degnando di rispondere; o che per fare altrui dispetto rispondi a sproposito. Ma oggimai io mi vo' sollazzar teco di presenza: e però fa di venir quanto prima qua; e non punto nella tua Apulia, acciocchè noi possiam consolarci della tua buona venuta; laddove andando colà, tu (come avvenne ad Ulisse) non troveresti de' tuoi anima che ti conoscesse [3]. A Dio.

CLXVI.

(A Div. II, 1)

Argomento. 1 Si purga a Curione dell'accusa datagli di negligente a scrivergli; 2 si duole a lui del tanto star fuori, e confortalo di mantenere e avverare l'espettazione che avea mossa di sè.

Scritta a Roma l'anno DCC, nell'interregno.

M. T. CICERONE A C. CURIONE [1] S.

1 Quantunque mi dolga d'essere a te sospetto di negligenza, tuttavia non mi fu tanto grave questo tuo pungermi a conto del mio ufficio, che non mi sia più dolce il sentirmelo ridomandare: massimamente che l'accusa tua, quanto a colpa, è falsa; dove il desiderio che tu mi mostri d'aver mie lettere, m'è testimonio dell'amor tuo; il quale quantunque già da me conosciuto, m'è però dolce e desiderato. Sappi dunque

optatum amorem tuum. Equidem neminem praetermisi, quem quidem ad te perventurum putarem, cui literas non dederim. (Etenim quis est tam in scribendo [4] impiger, quam ego?) A te vero bis, terve ad summum [5], et eas perbreves accepi. Quare, si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine; sin me id facere noles, te mihi aequum praebere debebis. Sed de literis hactenus. Non enim vereor, ne non scribendo [6] te expleam: praesertim si in eo genere studium meum non aspernabere.

2 Ego te afuisse tamdiu a nobis et dolui [7], quod carui fructu iucundissimae consuetudinis tuae [8], et laetor, quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus [9], quodque, in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Breve est, quod me tibi praecipere meus incredibilis in te amor cogit. Tanta est exspectatio vel animi, vel ingenii tui, ut ego te obsecrare obtestarique non dubitem, sic ad nos conformatus [10] revertare, ut quam exspectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis. Et, quoniam meam tuorum erga me meritorum [11] memoriam nulla umquam [12] delebit oblivio, te rogo, ut memineris, quantaecumque tibi accessiones fient [13] et fortunae, et dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consiliis paruisses [14]. Quare hoc animo in nos

che avendo io a mano alcuno il quale io credessi dover arrivar fino a te, non ho mai fallato di consegnargli qualche poca di lettera: chè, certo, chi è allo scriver meno lento di me? laddove da te io non ebbi che due, o al più tre lettere, e quelle brevissime. Per lo che se tu mi giudicherai per sottile, ed io ti rimbeccherò lo stesso peccato; se ciò non ti piace, e tu passami due pani per coppia. Ma basta fin qua di lettere: da che vivi sicuro che io vi ti affogherò dentro; massime se io vegga che tu non rifiuti d'avermi in quest'opera così caldo.

2 Della tanto lunga tua assenza dall'un de' lati mi dolgo, perchè mi toglie il frutto della tua dolcissima dimestichezza; dall'altro rallegromi perchè costì tu avesti ogni cosa che volevi e con dignità, e perchè in ogni tuo fatto la fortuna compiè ogni mio desiderio. Ti dico in due parole quello che l'incredibile amor mio mi costringe a raccomandarti. Tanto m'aspetto io dell'animo tuo e dell'ingegno, che fidatamente ti prego e ti scongiuro che tu ritorni a noi così bene all'ordine, che tu possa mantenere ed effettuare l'espettazione che tu hai levata di te. E posciachè la memoria de' meriti tuoi verso di me non potrà mai da oblivione essere cancellata, ricórdati, ti prego, che quanto siano mai per avere di crescimento le tue fortune e la dignità, tu non l'avresti potuto aver mai, se da picciolo [2] tu non avessi seguíto già i lealissimi ed amorevolissimi miei consigli. Il perchè ti si con-

esse debebis, ut aetas nostra iam ingravescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. Vale.

CLXVII. (Ad Div. VII, 11)

Argumentum. 1 Iocatur primum de interregnis: 2 deinde suadet, si e re sua sit, maneat apud Caesarem: sin minus, Romam se recipiat.

Scr. Romae A. V. C. DCC.

M. T. CICERO TREBATIO [1] S. D.

1 Nisi ante Roma profectus esses [2], nunc eam certe relinqueres. Quis enim, tot interregnis [3], iureconsultum desiderat? Ego omnibus, unde petitur [4], hoc consilii dederim, ut a singulis interregibus binas advocationes [5] postulent. Satisne tibi [6] videor abs te ius civile didicisse?

2 Sed heus tu, quid agis? ecquid fit? video enim, te iam [7] iocari per literas. Haec signa [8] meliora sunt, quam in meo [9] Tusculano. Sed quid sit [10], scire cupio. Consuli quidem te a Caesare scribis; sed ego tibi ab illo consuli [11] mallem. Quod si aut fit, aut futurum putas; perfer istam militiam, et permane. Ego enim desiderium [12] tui spe tuorum commodorum consolabor. Sin autem ista [13] sunt inaniora; recipe te ad nos. Nam aut erit hic aliquid aliquando; aut si minus, una mehercule collocutio nostra pluris erit, quam omnes

viene mostrarmiti tale per modo che la mia età (la quale comincia farsi gravetta[3]) nella tua giovanezza[4] e nel tuo amore trovi riposo. A Dio.

CLXVII. (A Div. VII, 11)

Argomento. 1 Motteggia in prima su gl'interregni: 2 quindi lo persuade di rimanersi (trovandol suo meglio) con Cesare; se no, torni a Roma.

Scritta a Roma l'anno DCC.

M. T. CICERONE A TREBAZIO S.

1 Se tu non fossi, tempo è, uscito di Roma, certo dovresti ora lasciarla[1]: conciossiachè in questi interregni chi è che dimandi avvocato? [2] Io a tutti che son citati per debiti vorrei dare questo consiglio: che a ciascuno interrè dimandassero dilazione due volte[3]. Or ti passo io ben innanzi per ragion civile?

2 Ma dimmi: che fai tu? come vanno le cose? da che io ti veggo berteggiare nelle tue lettere. Questi segni vagliono meglio che le statue del mio Tusculano[4]. Ma io vo' pur sapere come le cose vadano. Ben mi scrivi che Cesare si provvede di tuoi consigli[5]; ma io amerei meglio che tu fossi provveduto da lui. La qual cosa se egli fa, o credi lui dover fare, reggi questa milizia e tien' sodo: chè io con la speranza del tuo bene andrò consolandomi dell'essere senza di te. Se poi non v'è spiraglio, ricogliti qua con noi: conciossiachè o qui avverrà qual cosa quando che sia; o, se no, un nostro novellare insieme varrà troppo più

Samarobrivae [14]. Denique, si cito te retuleris; sermo nullus erit: si diutius [15] frustra abfueris; non modo Laberium [16], sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco. Mira enim persona induci potest Britannici iureconsulti. Haec ego non [17] rideo, quamvis tu rideas; sed de re severissima tecum, ut soleo, iocor. Remoto ioco, tibi hoc [18] amicissimo animo praecipio, ut, si istic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri desiderium, honestatem [19] et facultates tuas augeas; sin autem ista frigebunt, recipias te ad nos. Omnia tamen quae vis, et tua virtute profecto, et nostro summo erga te studio consequere.

CLXVIII. (Ad Div. II, 2)

Argumentum. Patris mortem Curioni absenti significat, et ut ei patrimonium dii fortunent, optat.

Scr. Romae A. V. C. DCC.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. D.

Gravi teste [1] privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo viro: qui, quum suis laudibus, tum vero te filio, superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret [2], quam e vita discederet [3]. Sed spero nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium

che tutte le Samarobrive [6] del mondo. In somma, qualora tu infra picciol tempo ritorni, niun dire se ne farà; ma se lungo tempo stai fuor baloccando, ho paura non pur di Laberio [7], ma eziandio di Valerio [8] nostro compagnone, da che se ne potrebbe mettere in iscena un magnifico personaggio di un giureconsulto britannico [9]. Tu ridi: ma io questa cosa non piglio a gabbo; anzi motteggio teco, al mio solito, di un affare gravissimo. Mandati gli scherzi dall'un de' lati, io, con tutta l'affezione d'animo che io ti ho, ti dico, che se aiutato dalla mia raccomandazione tu puoi costì mantenere la tua dignità, abbi pazienza dell'essere senza di me, e conduca di bene in meglio lo stato tuo e l'onore; ma se vedi la speranza freddare, riconduciti qua: chè ad ogni modo, sì per la tua virtù e sì per l'affetto che io ti porto grandissimo, avrai di certo ogni cosa che tu desideri.

CLXVIII. (A Div. II, 2)

Argomento. Significa a Curione lontano la morte del padre; e gli augura dagli Dei ogni fortuna.

Scritta a Roma l'anno DCC.

M. T. CICERONE A C. CURIONE S.

Ho perduto un autorevole testimonio del sommo amor mio a te: dico del padre tuo [1], chiarissimo personaggio. Egli, sì per li meriti proprii e sì per aver tale figliuolo, sarebbe stato di tutti fortunatissimo se avesse, prima di morire, potuto vederti. Ma credo che alla nostra amicizia non faccia bisogno testimoni. Gli Dei ti concedano felice stato. In me certo avrai

dii [4] fortunent. Me certe habebis, cui et carus [5] aeque sis et iucundus, ac fuisti patri.

CLXIX.

(Ad Div. II, 3)

Argumentum. Rupam Curionis libertum excusat, quod in patris funere ludos populo non promiserit, et quid sibi omnino de his muneribus videatur, significat.

Scr. Romae A. V. C. DCC.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. D.

Rupae [1] studium non defuit declarandorum munerum [2] tuo nomine; sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum, quicquam, te absente, fieri, quod tibi, quum venisses, non esset integrum [3]. Equidem quid sentiam [4], aut scribam ad te postea pluribus, aut, ne ad ea meditere [5] imparatum te offendam, coramque [6] contra istam tuam rationem [7], meam dicam: ut aut te in meam sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim; ut, si quando (quod nolim) displicere tibi consilium tuum [8] coeperit, possis meum recordari. Brevi tamen sic habeto, in eum statum temporum [9] tuum reditum incidere, ut iis bonis, quae tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, quae sunt amplissima in re publica [10], consequi possis, quam muneribus: quorum neque faculta-

uno al qual sarai altresì caro e giocondo, che fosti a tuo padre.

CLXIX. (A Div. II, 3)

Argomento. Scusa Rupa liberto di Curione, che nella morte del padre non avesse promesso gli spettacoli al popolo; e gli spiattella aperto il suo sentimento circa questi giuochi.

Scritta a Roma l'anno DCC.

M. T. CICERONE A C. CURIONE S.

Rupa [1] non fu negligente al bandire le feste [2] in tuo nome, ma nè a me nè ad alcuno de' tuoi è piaciuto che te assente fosse fatta alcuna cosa della quale tornando, tu non potessi poi a tuo senno fare o disfare. Il parer mio o ti scriverò poi stesamente, ovvero ti coglierò all'improvvista, acciocchè nulla tu abbia da apporre, sponendoti di presenza il mio sentimento contro cotesto tuo: e così o io ti tirerò nel mio giudizio, o certo ti avrò lasciato una viva prova di quello che io credea il meglio, acciocchè se mai (che Dio nol voglia) tu cominciassi a pentirti del tuo divisamento, tu debba ricordarti del mio. Alle brevi: abbi per fermo che il tuo ritorno dee cadere in tale stato di cose [3], che a tutti i primi onori della Repubblica tu potrai farti il ponte meglio con gli aiuti della natura, dello studio e della fortuna, che con le feste,

tem [11] quisquam admiratur (est enim copiarum, non virtutis); neque quisquam est, quin [12] satietate iam defessus sit. Sed aliter, atque ostenderam, facio, qui ingrediar [13] ad explicandam rationem sententiae meae. Quare omnem hanc disputationem in adventum tuum differo. Summa scito in exspectatione te esse [14], eaque a te exspectari, quae a summa virtute, summoque ingenio exspectanda sunt: ad quae si es, ut debes [15], paratus (quod ita esse confido), plurimis maximisque muneribus [16] et nos amicos, et cives tuos universos, et rem publicam afficies. Illud cognosces profecto [17], mihi te neque cariorem, neque iucundiorem esse quemquam.

CLXX. (Ad Div. VII, 12)

Argumentum. Per iocum exagitat Trebatium, quem Epicureum factum esse Pansa narraverat.

Scr. Romae A. V. C. DCC.

CICERO TREBATIO [1]

Mirabar, quid esset, quod tu mihi literas [2] mittere intermisisses. Indicavit mihi Pansa meus [3], Epicureum [4] te esse factum. O castra praeclara! Quid tu fecisses, si te Tarentum, et non Samarobrivam [5] misissem? Iam tum mihi non placebas, quum idem intuebare, quod et Titius [6] familiaris

lo splendor delle quali non muove più maraviglia (essendo cosa delle ricchezze, non della virtù), e oggimai non c'è uomo che non ne sia ristucco, anzi stracco. Ma io esco del mio proposto: chè già metto mano ad aprirti il mio sentimento; e però io riservo tutta questa disputa al tuo ritorno. Sappi pure che di te è grande l'espettazione: cioè che da te si aspetta quello che è da aspettare da una somma virtù ed ingegno. Al che se tu sei, come dei essere, preparato (e così credo che sia), tu darai a noi tuoi amici, a tutti i cittadini ed alla Repubblica le maggiori e più splendide feste del mondo. Questo certo conoscerai, non essere alcuno che mi sia più caro e giocondo di te.

CLXX. (A Div. VII, 12)

Argomento. Sollazzando trafigge Trebazio, che a detto di Pansa, fosse divenuto Epicureo.

Scritta a Roma l'anno DCC.

CICERONE A TREBAZIO S.

Or che vorrà essere (diceva io) che Trebazio, è un pezzo, non mi scrive più? Mi fece chiaro il mio Pansa [1]: *E' s'è fatto Epicureo.* Deh! quanto bella milizia! che avrestu fatto, se non a Samarobriva, ma t'avessi mandato a Taranto? [2] E già tu m'eri cominciato a putire fin da quando tu avevi preso delle maniere medesime di Tizio mio [3] amico. Ma come potrai ora far tuttavia l'avvocato, dovendo tu operare non per

meus. Sed quonam modo ius civile defendes [7], quum omnia tua causa facias [8], non civium? Vbi porro illa erit formula fiduciae, *inter bonos bene agier?* [9] Quis enim est *bonus* [10], qui facit nihil, nisi sua causa? Quod ius statues COMMVNI DIVIDVNDO [11], quum commune nihil possit esse apud eos, qui omnia voluptate sua metiuntur? Quomodo autem tibi placebit, IOVEM LAPIDEM [12] iurare, quum scias, Iovem iratum esse nemini posse? Quid porro fiet populo Vlubrano [13], si tu statueris, πολιτεύεσθαι [14] non oportere? Quare si plane a nobis [15] deficis, moleste fero; sin Pansae assentari commodum est, ignosco. Modo scribe [16] aliquando ad nos, quid agas, et a nobis, quid fieri aut curari velis.

CLXXI. (Ad Div. VII, 13)

Argumentum. Intermissi literarum officii excusationem adfert, quam non accipiente Trebatio, liberius pro more iocatur.

Scr. Romae A. V. C. DCC, IV Non. Mart.

M. T. CICERO TREBATIO [1] S. D.

Adeone me iniustum [2] esse existimasti, ut tibi irascerer, quod parum mihi constans, et nimium cupidus decedendi viderere, ob eamque causam me arbitrarere literas ad te iamdiu non misisse?

bene de' cittadini, ma pure per tuo? 4 E dove avrà luogo quindi innanzi quella formula da accattar fede: *Che tra' buoni si vuol operar con bontà?* da che come sarebbe buono colui che null' altro procaccia che il ben suo proprio? Che leggi porrai tu nella DIVISION DELLE SOCIETÀ? quando comunità non può essere per coloro che in ogni cosa non hanno altra norma che del piacere? E come sarai contento di giurare per GIOVE 5 LAPIDE, sapendo che Giove non può reputarsi offeso da chicchessia? E or che vorrà essere del popolo Ulubrano 6, se tu se' in questa sentenza, *che del pubblico non sia da prendersi pena?* Per la qual cosa, se tu mi hai del tutto scartato, ben me ne duole; ma se tu il fai perchè si mette conto l'andar a' versi di Pansa, tel benedico: a condizione però, che tu una volta, o l'altra mi scriva in che tu sii occupato, e quello che tu ami che io adoperi, o che sia fatto, o negoziato.

CLXXI. (A Div. VII, 13)

Argomento. Si scusa a Trebazio d'aver interrotto lo scrivergli. Non facendogli buona Trebazio la scusa, ed egli, secondo suo uso, lo abburatta più alla libera.

Scritta a Roma l'anno DCC, a' 4 di Marzo.

M. T. CICERONE A TREBAZIO S.

Così bestia ti son io paruto da teco crucciarmi, per questo che tu mi parevi uom poco fermo e troppo voglioso di ritornare? e tu pensavi che io per questa ragione non ti avessi scritto da sì gran tempo? Veramente

Mihi perturbatio animi tui, quam primis literis [3] perspiciebam, molestiam attulit. Neque alia ulla fuit [4] causa intermissionis epistolarum [5], nisi quod, ubi esses, plane nesciebam. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Audi, Testa mi [6]. Vtrum superbiorem te pecunia facit, an quod te imperator consulit? [7] Moriar, ni [8] (quae tua gloria est) puto te malle a Caesare consuli, quam inaurari [9]. Si vero utrumque est: quis te feret, praeter me, qui omnia ferre possum? Sed ut ad rem redeam, te istic invitum non esse, vehementer gaudeo; et, ut illud erat molestum, sic hoc est iucundum [10]. Tantum metuo, ne artificium tuum [11] tibi parum prosit. Nam, ut audio, istic

> Non ex iure manu consertum [12], sed mage ferro
> Rem repetunt.

Et tu soles ad vim facundiam adhibere [13]; neque est, quod illam exceptionem [14] in interdicto pertimescas: QVOD TV PRIOR VI HOMINIBVS ARMATIS VENERIS [15]. Scio enim, te non esse procacem in lacessendo. Sed, ut ego quoque te aliquid admoneam de nostris cautionibus [16]: Treviros vites censeo. Audio capitales esse [17]. Mallem auro, aere, argento [18] essent. Sed alias iocabimur. Tu ad me de istis rebus omnibus scribas velim quam diligentissime. A. d. IIII Non. Martias.

il vederti, come mi dicevano le prime tue lettere, così sconciato dell'animo, mi portò dispiacere: ma dello interrompere il commercio nostro di lettere, non fu altra cagione che questa, del non saper io punto là dove tu fossi. E tuttavia nè anche a questo tu resti d'accusarmi, e non vuoi ricevere questa mia scusa. Odi, il mio Testa [1]. Fai tu così perchè la ricchezza ti fa orgogliosetto? ovvero perchè l'Imperadore ti domanda consiglio? Possa io morire se io non credo esserti più cara questa tua gloria dell'essere da Cesare consultato, che non sarebbe l'essere da lui messo ad oro. Che se egli fa l'uno e l'altro, chi potrebbe sopportar te, da me in fuori, che a tutto portare sono valente? Ma ritornando in proposito, io mi rallegro forte che tu ora non istii costì a bistento; e come del contrario portava io pena, così di questo piacere. Solamente ho paura che tu ne cavi della tua arte poco di frutto: conciossiachè, a quello che odo, costì *non decidono le loro liti con le leggi* [2], *ma piuttosto col ferro*. Or se' tu mai chiamato a menar le braccia? anche tu non hai che temere della eccezione che dà il pretore nell'interdetto: NEL CASO CHE TU FOSTI PRIMO [3] AD ASSALIRE COLLA FORZA E CON UOMINI ARMATI: sapendo io bene che tu non se' un impronto accattabrighe. Ma per darti anch'io qualche cenno de' consulti di casa mia, ti consiglio di prenderti guardia da' Trevirii [4]: chè io gli odo capitali; dove io gli amerei anzi monetali, in oro, argento e rame. Ma di berteggiare non mancherà tempo. Tu delle cose tutte di costà scrivimi colla maggiore accuratezza che puoi. Il 4 di marzo.

CLXXII. (Ad Div. VII, 15)

Argumentum. Suum absentis Trebatii desiderium declarat, et de C. Matii familiaritate gratulatur.

Scr. Romae A. V. C. DCC.

CICERO TREBATIO [1]

Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Moleste [2] ferebam antea, te invitum [3] istic esse; pungit me rursus, quod scribis esse te istic libenter. Neque enim mea commendatione [4] te non delectari facile patiebar; et nunc angor, quicquam tibi sine me esse iucundum. Sed hoc tamen malo [5], ferre nos desiderium, quam te non ea, quae spero, consequi. Quum [6] vero in C. Matii, suavissimi doctissimique hominis, familiaritatem venisti, non dici potest quam valde gaudeam: qui fac ut te quam maxime diligat. Mihi crede, nihil ex ista provincia potes, quod iucundius sit, deportare. Cura, ut valeas.

CLXXIII. (Ad Div. VII, 18)

Argumentum. 1 Laudat constantiam Trebatii, in perferenda militia. 2 Iocatur in eius parsimonia, quia scripserat in palimpsesto. 3 Se eum Balbo commendaturum scribit, et mense Aprili Roma afuturum; 4 denique se epistolam Trebatii, ut mandaverat conscidisse significat.

CLXXII. (A Div. VII, 15)

Argomento. Mostra a Trebazio, come egli muor di vederlo; e seco si congratula dell'amicizia di C. Mazio.

Scritta a Roma l'anno DCC.

CICERONE A TREBAZIO.

Quanto bizzarri sieno quelli che amano, basta a provarlo quello che dirò. Mi dava prima dolore che tu contro voglia stessi costì; ora in contrario mi duole che tu vi stia volentieri: perchè io già penava ad acconciarmi a questo, che tu non ti rallegrassi dell'essere raccomandato da me, ed ora sono amareggiato che ci sia cosa che ti diletti senza di me. Tuttavia amo meglio di tollerar questa pena della tua lontananza, che di veder te frodato di que' beni che spero. Che poi tu ti sia messo nella dimestichezza di C. Mazio [1], dolcissima persona e dottissima, ne ho un' allegrezza che mai la maggiore. Ora a tal uomo fátti amare il più che esser possa; e credimi pure, tu non potresti trasportare da cotesta provincia più cara cosa di questa. Fa di star sano.

CLXXIII. (A Div. VII, 18)

Argomento. 1 Loda Trebazio di costante nel reggere alla milizia; 2 motteggia sopra la sua parsimonia, per avere lui scritto in cartapecora; 3 gli dice di raccomandarlo a Balbo; e che per tutto aprile sarebbe fuor di Roma. 4 Finalmente gli dice d'aver, secondo l'ordine di lui, lacerata la sua lettera.

Scr. in Pomptino A. V. C. DCC, VI Id. Apr.

CICERO TREBATIO [1] S. D.

1 Accepi a te aliquot epistolas uno tempore, quas tu diversis temporibus dederas: in quibus me cetera delectarunt. Significabant enim, te istam militiam iam firmo animo [2] ferre, et esse fortem virum et constantem. Quae ego paullisper in te [3] ita desideravi, non imbecillitate animi tui, sed magis ut desiderio nostri [4] te aestuare putarem. Quare perge, ut coepisti: forti animo istam tolera militiam. Multa, mihi crede, assequere. Ego enim renovabo commendationem [5]; sed tempore. Sic habeto, non tibi maiori esse curae, ut iste tuus a me discessus quam fructuosissimus tibi sit, quam mihi. Itaque, quando vestrae cautiones [6] infirmae sunt, Graeculam [7] tibi misi cautionem chirographi mei.

2 Tu me velim de ratione Gallici belli certiorem facias. Ego enim [8] ignavissimo cuique maximam fidem habeo. Sed, ut ad epistolas tuas redeam, cetera belle [9]: illud miror: quis solet eodem exemplo plures dare [10], qui sua manu scribit? Nam quod in palimpsesto [11], laudo equidem parsimoniam: sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, [quam haec scribere] [12]; nisi forte tuas formulas. Non enim puto

Scritta dal Pontino l'anno di Roma DCC, agli otto d'Aprile.

CICERONE A TREBAZIO S.

1 Ho ricevuto alquante tue lettere a un tratto, da te scritte in più tempi [1], nelle quali tutto mi fu carissimo, dicendomi esse come tu eri fermo di portar cotesta milizia e condurti da uom forte e costante. Le quali virtù io mi son doluto per alcun tempo di non vedere in te, sì veramente che io nol reputai a mollezza dell'animo tuo, sì a desiderio che ti accese d'essere in mia compagnia. Adunque tien sodo nella presa deliberazione; porta con fortezza cotesta milizia; ne coglierai, mi credi, frutto assai largo: chè io rincalzerò le mie raccomandazioni, ma a tempo da ciò. Abbiti per cosa certa che tu non puoi essere più acceso di trarre da questo tuo dilungamento da me quel frutto che possa mai esser maggiore, di quello che ne sia io medesimo. Per questa ragione, posciachè le tue cauzioni [2] profittano poco, ecco ti mando questa in greco scritta di mia mano.

2 Tu fammi assapere ogni cosa del procedere di cotesta guerra gallica: conciossiachè quanto altri è più poltrone, tanto io gli aggiusto fede maggiore. Ora (per ricondurmi alla tua lettera) tutto egregiamente. Di sola una cosa mi maraviglio: Chi è mai che scrivendo di man propria ne faccia più copie d'uno stesso tenore? da che dell'aver tu scritto in cartapecora ben rasa [3] io ti lodo anzi di buon massaio; ma che diavolo potea esser mai scritto in quella tua cartuccia, da voler tu anzi cancellarlo, che copiarlo? se già non erano delle tue formule [4]: chè già non credo io che tu rada le

te meas epistolas delere, ut reponas tuas. An hoc significas, nihil fieri? [13] frigere te? [14] ne chartam quidem tibi suppeditare? Iam ista tua culpa est, qui verecundiam [15] tecum extuleris, et non hic nobiscum reliqueris.

3 Ego te Balbo, quum ad vos proficiscetur, more Romano commendabo. Tu, si intervallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus. Eram enim afuturus mense Aprili. Has literas scripsi in Pomptino, quum ad villam Metrilii Philemonis [16] devertissem: ex qua iam audieram fremitum clientium [17] meorum, quos quidem tu mihi conciliasti. Nam Vlubris honoris mei [18] causa vim maximam ranunculorum [19] se commosse constabat. Cura ut valeas. VI Idus Apriles de Pomtino [20].

4 Epistolam tuam [21], quam accepi ab L. Arruntio, conscidi innocentem [22]. Nihil enim habebat, quod non vel in concione recte [23] legi posset. Sed et Arruntius ita te mandasse aiebat, et tu adscripseras. Verum illud esto. Nihil te ad me postea [24] scripsisse demiror, praesertim tam novis rebus.

CLXXIV. (Ad Div. II, 4)

Argumentum. Diversa scribit epistolarum genera esse, quorum hoc tempore nullum sibi ad Curionem conveniat. Nihil itaque superesse, quam ut eum ad studium summae laudis cohortetur.

lettere mie, per porci in loro scambio le tue. O forse volevi tu dirmi con questo, che tu non ne cavavi un denaio? che tu eri sul lastrico? che non avanzasti nè un brano di carta? Or di questo dinne tu stesso tua colpa, che hai portato teco costà la vergogna che tu dovevi anzi lasciar qui con noi.

3 Io dunque ti raccomanderò a Balbo, tornando lui costà, e, ti prometto, in istile romano [5]. Frattanto se tu starai un buon pezzo ad avere mie lettere, non te ne dar pena: egli è che io debbo esser fuori per tutto aprile. Questa ti ho scritto nel Pontino, essendo io passato alla villa di M. Metrilio Filemone [6], dalla quale odo il borboglio di que' miei clienti [7], i quali io tengo appunto da te: conciossiachè in Ulubra mi contano essere messa in movimento una gran moltitudine di ranocchi per farmi onore. Guárdati sano. Dal Pontino, agli 8 di aprile.

4 Ho lacerato la tua, ch'ebbi da L. Arrunzio, abbenchè immaculata: chè non v'avea parola che non fosse da poter leggere liberamente anche in ringhiera. Ma ed Arrunzio diceva che tale era il voler tuo, e mel scrivevi tu stesso appiè di lettera. Or di ciò basti. Che nulla tu m'abbi scritto di poi, mi fa specie, principalmente con tante novità.

CLXXIV. (A Div. II, 4)

Argomento. Dice essere diversi generi di lettere, de' quali al presente nessuno gli stava bene, scrivendo a Curione. Dunque non resta altro, che confortarlo di sforzarsi al sommo della gloria.

Scr. Romae A. V. C. DCC.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. D.

Epistolarum genera [1] multa esse non ignoras; sed unum illud certissimum [2], cuius causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire aut nostra, aut ipsorum interesset. Huius generis [3] literas a me profecto non exspectas [4]. Tuarum enim rerum domesticarum [5] habes et scriptores et nuntios. In meis autem rebus [6] nihil est sane novi. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quae me magnopere delectant [7]: unum familiare et iocosum, alterum severum et grave. Vtro me minus deceat [8] uti, non intelligo. Iocerne tecum per literas? civem mehercule non puto esse, qui temporibus his [9] ridere possit. An gravius aliquid scribam? quid est, quod possit graviter a Cicerone scribi ad Curionem, nisi de re publica? Atque [10] in hoc genere haec mea causa est [11], ut neque ea, quae sentio, nec quae non sentio [12], velim scribere. Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula, qua soleo, teque ad studium summae laudis cohortabor [13]. Est enim tibi gravis adversaria constituta et parata, incredibilis quaedam exspectatio [14]: quam tu una re facillime vinces [15], si hoc sta-

Scritta a Roma l'anno DCC.

M. T. CICERONE A C. CURIONE S.

Le lettere sono, ben sai, di vario genere; ma quel solo è di tutti spezialissimo, per solo il quale esse furon trovate: cioè, di mandar le nuove a' lontani di ciò che o ad essi, o a noi importasse di far loro sapere [1]. Di questa fatta certo tu non ne aspetti da me: chè delle tue cose di casa tu hai bene chi ti scrive e te le fa riferire, e delle mie non ho nulla di nuovo. Delle altre guise di lettere ve n' è due che mi dilettano assai: una familiare e giocosa, l'altra grave e severa. Or quale di queste due più a me disconvenga, non so. O farò io a scherzare teco per lettere? affè non credo essere cittadino che oggidì possa ridere. Scriverò io di qualche cosa ben grave? e or di che altro può Cicerone mandar gravi lettere a Curione, se non della Repubblica? Ma questa mia è una causa siffatta, che quel medesimo che io sento, mi pesa di scrivere. Per la qual cosa non essendomi rimasa alcuna materia di lettera, mi terrò alla conclusione da me usata, esortandoti allo studio della maggior gloria possibile. Tu hai in piedi e all'ordine una dura avversaria, cioè una cotal incredibile espettazione. Or tu facilissimamente in questo solo modo la vincerai, con fermar

tueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis esse elaborandum [16]. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse [17] confiderem: et hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Vale.

CLXXV. (Ad Div. II, 5)

Argumentum. Questus de publicis malis Curioni gratulatur quod ea non videat, et ut magnam tandem in provincia sibi comparatam tueatur, incredibilique hominum exspectationi satisfaciat, hortatur.

Scr. Romae A. V. C. DCC.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

Haec negotia [1] quomodo se habeant, ne epistola quidem [2] narrare audeo. Tibi, etsi, ubicumque es, ut scripsi ad te antea [3], in eadem es navi [4], tamen, quod abes, gratulor: vel quia non vides ea, quae nos; vel quod excelso et illustri [5] loco sita est laus tua, in plurimorum et sociorum et civium [6] conspectu: quae ad nos nec obscuro, nec vario sermone, sed et clarissima et una omnium voce [7] perfertur. Vnum illud nescio, gratulerne tibi, an timeam, quod mirabilis est exspectatio reditus tui: non quo [8] verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat; sed mehercu-

l'animo a questo, che tu dei mettere tutta l'opera in quegli argomenti che sono più a conseguir quelle eccellenze nelle quali tu ami riuscire glorioso. In questa sentenza avrei altro da dirti, se non mi confidassi te essere assai riscaldato da te medesimo; e questo poco che ora assaggiai, non fu per infiammarti, ma per testificarti l'affezion mia. A Dio.

CLXXV. (A Div. II, 5)

Argomento. Dopo dolutosi de' mali presenti, rallegrasi con Curione che non li vedeva, e confortalo di mantenersi la fama singolare acquistatasi nel suo reggimento, e che compisca l'incredibile espettazione che era di lui.

Scritta a Roma l'anno DCC.

M. T. CICERONE A C. CURIONE S.

Lo stato delle cose è tale, che nè per lettera te l'ardisco spiegare. Or quantunque sii tu qua, sii là (come prima ti ho scritto), tu sii nella medesima nave [1]; tuttavia mi consolo che tu sii lontano: sì perchè tu non vedi quello che noi, sì perchè la tua virtù ha costì un più splendido ed alto teatro, stando sugli occhi di moltissimi così sozi, come cittadini [2]; il che non per un diverso e coperto buciniare ci fu rapportato, ma da una concorde e chiarissima voce di tutti. D'una cosa mi sto io in dubbio, se io mi debba teco congratulare, o piuttosto temere, per la incredibile espettazione del tuo ritorno. Non già che io dubiti che la tua virtù non debba pareggiarsi colla opinione degli uomini; ma in buona verità di questo, che ve-

le, ne [9], quum veneris, non habeas iam, quod cures: ita sunt omnia debilitata et prope iam exstincta [10]. Sed haec ipsa nescio, rectene sint literis commissa. Quare cetera cognosces ex aliis. Tu tamen, sive habes aliquam spem de re publica, sive desperas, ea para, meditare, cogita, quae esse in eo civi [11] ac viro debent, qui sit rem publicam afflictam et oppressam miseris temporibus, ac perditis moribus [12], in veterem dignitatem ac libertatem [13] vindicaturus.

CLXXVI. (Ad Div. V, 17)

Argumentum. Excusat tarditatem literarum, et Sextium hortatur, ut sapienter et fortiter exsilium ferat.

Scr. Romae A. V. C. probabiliter DCC.

M. CICERO P. SEXTIO P. F. [1] S. D.

Non oblivione amicitiae nostrae, neque intermissione consuetudinis meae, superioribus temporibus ad te nullas literas misi; sed quod priora tempora in ruinis rei publicae nostrisque [2] iacuerunt, posteriora autem me a scribendo tuis iniustissimis atque acerbissimis incommodis [3] retardarunt. Quum vero et intervallum iam satis longum fuisset, et tuam virtutem animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus; non putavi esse alienum institutis meis, haec ad te scribere.

nendo tu, non debba trovar più cosa da poter curare: così sono tutte infermiccie, e per poco già morte. Ma e questo medesimo non so io se fosse ben fatto affidarlo alla lettera; il resto adunque t'aspetta di saperlo dagli altri. Tuttavia, o tu speri anche qualche poco della Repubblica, o tu niente, dattene pensiero, mettiti a ordine; fa le ragioni che dee tal cittadino e tal personaggio, dal quale la Repubblica, disfatta ed oppressa da miseri tempi e da guasti costumi, nella prima libertà ed onore debba essere ritornata.

CLXXVI. (A Div. V, 17)

Argomento. Si scusa del suo tardi scrivere, ed esorta Sestio a portare suo esiglio con saggezza e fortezza.

Scritta a Roma probabilmente l'anno DCC.

M. CICERONE A P. SESTIO, FIGLIO DI PUBLIO, S [1].

E' non è stato perchè io mi sia sdimentico della nostra amicizia, nè per voler troncare l'intrinsichezza fra noi, che io per l'avanti non ti ho mai scritto; ma ecco, nel primo tempo [2] ogni stato pubblico e nostro era convolto nelle stesse rüine della Repubblica e nostre; e nel susseguente [3] le tue ingiustissime ed acerbissime calamità m'aveano dallo scrivere sconfortato. Ma essendo oggimai troppo di tempo trascorso [4], ed avendo io con più diligenza riandata meco la tua virtù e la grandezza dell'animo, non credetti disconvenire alle ragioni del viver mio scriverti queste cose. Io, ed in

Ego te, P. Sexti, et primis temporibus illis, quibus in invidiam absens, et in crimen[4] vocabare, defendi[5]; et, quum in tui familiarissimi[6] iudicio ac periculo tuum [crimen][7] coniungeretur, ut potui accuratissime, te tuamque causam tutatus sum; et proxime, recenti adventu meo[8], quum rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset, si affuissem; tamen nulla re[9] saluti tuae defui: quumque eo tempore invidia annonae[10], inimici non solum tui, verum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius iudicii, multaque alia rei publicae vitia, plus quam causa ipsa veritasque valuissent; Publio tuo[11] neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui. Quamobrem, omnibus officiis amicitiae diligenter a me sancteque servatis, ne hoc quidem praetermittendum esse duxi, te ut hortarer rogaremque, ut et hominem te, et virum[12] esse meminisses, id est, ut et communem incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum, nec praestare ullo pacto potest, sapienter ferres; et dolori fortiter ac fortunae resisteres; cogitaresque, et in nostra civitate et in ceteris, quae rerum potitae sunt[13], multis fortissimis atque optimis viris, iniustis iudiciis, tales casus incidisse[14]. Illud utinam ne vere scriberem, ea te re publica carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet[15]. De tuo autem filio,

que' primi tempi che tu, o P. Sestio, soggiacesti all'odio ed alla calunnia, t'ho ben difeso [5]; e quando nel giudizio e pericolo del tuo amicissimo altresì tu fosti tirato, io, con l'accuratezza che ho potuto maggiore, ho sostenuto te e la tua causa; e novellamente, avendo io nel mio recente ritorno [6] trovato in troppo altro essere le cose tue da quello che io essendoci non avrei tollerato, tuttavia in niuno atto dimenticai l'opera di tua salute; e finalmente in quel tempo che per l'odio della provvisione [7] non pure i nemici tuoi, ma e quelli de' tuoi amici, la perfidia di tutto il giudizio, e più altre diffalte della Repubblica erano alla ragione ed alla verità prevalute [8], io non sono al tuo Publio nè di opera, nè di consiglio, nè di travagli, nè di favore, nè di testimonianze venuto meno. Per la qual cosa, dopo aver a te tutti i servigi dell'amicizia sollecitamente e religiosamente renduti, non credetti nè questo eziandio dover pretermettere, d'esortarti e pregarti che tu ti ricordassi d'essere uomo e la persona che sei: cioè che la sciagura (la qual essendo comune ed incerta, nessun può cessare; ed essendo tuttavia in pendente, starne in modo alcun pagatore) tu dovessi saviamente portare, e fortemente alla fortuna e al dolor tener fronte; e che volessi far questa ragione, che sì nella nostra città e sì nelle altre che vennero a signoria, a molti de' più forti ed ottimi personaggi, per ingiustizia de' giudizi, sono incôlte di somiglianti sventure [9]. Ma, così non fosse egli vero! tu se' fuori d'una Repubblica nella quale niun uomo saggio trova cosa che gli possa piacere. Quanto al figliuol tuo, se io niente non te ne dica,

vereor, ne, si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimonium non dedisse [16]: sin autem omnia, quae sentio, perscripserim; ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissime facies, si illius pietatem, virtutem, industriam, ubicumque eris, tuam esse, tecum esse duces [17]. Nec enim minus nostra sunt, quae animo complectimur, quam quae oculis intuemur. Quamobrem et illius eximia virtus, summusque in te amor, magnae tibi consolationi debet esse; et nos ceterique [18], qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus, semperque pendemus; et maxime, animi tui conscientia [19], quum tibi nihil merito accidisse reputabis, si et illud [20] adiunges: homines sapientes turpitudine, non casu, et delicto suo, non aliorum iniuria commoveri. Ego, et memoria nostrae veteris amicitiae, et virtute atque observantia filii tui monitus [21], nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad levandum [22] fortunam tuam. Tu si quid forte ad me scripseris, perficiam, ne te frustra scripsisse arbitrere.

CLXXVII. (Ad Div. VII, 14)

Argumentum. Familiariter et iocose Trebatium, qui literas nullas miserat, obiurgat.

temo di non farti credere che io non abbia preso della virtù sua le testimonianze che le sono dovute; dall'altro lato, a scriverti per singula ogni mio giudizio di lui, non vorrei colla mia lettera rinacerbire in te il dolore della sua lontananza. Tuttavia tu farai da quel saggio che sei, se la pietà di lui, la virtù, l'industria (dove che egli si sia) reputerai essere non pur teco, ma tua: da che non sono men cose nostre quelle che tegnamo coll'animo, di quelle che abbiamo sugli occhi. Per la qual cosa grande consolazione tu dei prendere dalla esimia virtù di lui, e dall'amore che cotanto ti porta; ed eziandio da me e dagli altri (i quali non dalla fortuna, ma dalla virtù facciamo e farem sempre giudizio di tua persona), e soprattutto dalla tua coscienza, pensando nulla esserti avvenuto, che tu meritassi. Ed aggiugni eziandio questo, essere degli uomini savii non turbarsi degli accidenti, ma delle turpitudini; non dell'altrui perfidia, ma de' propri misfatti. Io, secondo che la memoria dell'antica nostra amicizia, e la virtù e la riverenza rendutami dal tuo figliuolo mi terrà ricordato, in nessuna cosa ti fallirò o di consolazione, o di rincalzo delle tue fortune. Se tu mi scriverai di cosa che forse ti farà luogo, vedrò che tu non lo faccia inutilmente.

CLXXVII. (A Div. VII, 14)

Argomento. Trafigge amichevolmente berteggiando Trebazio, che nulla gli avea scritto.

Scr. Romae A. V. C. DCC.

CICERO TREBATIO [1]

Chrysippus Vettius [2], Cyri architecti libertus, fecit, ut te non immemorem putarem mei. Salutem enim verbis tuis mihi nuntiavit [3]. Valde iam lautus es, qui gravere literas ad me dare, homini praesertim prope domestico. Quod si scribere [4] oblitus es, minus multi iam, te advocato, causa cadent [5]. Sin nostri oblitus es, dabo operam, ut istuc veniam ante, quam plane ex animo tuo effluo [6]. Sin aestivorum timor [7] te debilitat, aliquid excogita, ut fecisti de Britannia [8]. Illud quidem perlibenter audivi ex [9] eodem Chrysippo, te esse Caesari familiarem. Sed mehercule mallem, id quod erat aequius, de tuis rebus ex tuis literis quam saepissime cognoscere [10]. Quod certe ita fieret, si tu maluisses benivolentiae, quam litium iura perdiscere. Sed haec iocati sumus et tuo more [11], et nonnihil etiam nostro. Te valde amamus, nosque a te amari quum [12] volumus, tum etiam confidimus.

CLXXVIII. (Ad Div. II, 6)

Argumentum. 1 Curioni, ex Asia adventanti; 2 Milonis causam, consulatum petentis, diligentissime commendat.

Scritta a Roma l' anno DCC.

CICERONE A TREBAZIO.

Crisippo Vezzio, liberto di Ciro [1] architetto, mi diede cagion di credere che tu non ti fossi scordato di me: da che a tuo nome mi salutò. Ben se' tu oggimai in darti vita, quando ti pesa scrivermi una lettera, massimamente avendo tu uno, per poco di famiglia, a cui darla. Che se hai disapparato lo scrivere [2], tanto meno; difendendoli tu, perderanno il piatò. Se poi ti se' sdimenticato di me, vedrò di venire costà, prima di uscirti affatto dell' animo. Che se il timore della guerra di state ti toglie le forze [3], trova qualche cagione, come facesti dell' Inghilterra. Ben mi fu oltremodo carissimo ciò che mi disse esso Crisippo, che tu se' molto cosa di Cesare; ma in vera verità io avrei amato meglio (come era tuo dovere) delle cose tue essere informato da te medesimo; la qual cosa avrestu fatto se tu avessi voluto porre più studio nella ragion della benvoglienza che delle liti. Ma tutto questo per giuoco, all' usanza tua, e un qual cosa anche mia. Noi ti amiamo forte, ed essere da te amati sì vogliamo, e sì ci tegnamo sicuri.

CLXXVIII. (A Div. II, 6)

Argomento. 1 A Curione, che tornava dall' Asia; 2 raccomanda con tutta diligenza la causa di Milone, che dimandava il consolato.

Scr. Romae A. V. C. DCC.
Cn. Domitio Calvino, M. Valerio Messala Coss.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

1 Nondum erat auditum, te ad Italiam [1] adventare, quum Servilium [2], Milonis mei familiarem, cum his ad te literis misi. Sed tamen quum appropinquare tuus adventus putaretur, et te iam ex Asia [3] Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, ut non vereremur, ne nimis cito mitteremus, quum has quam primum ad te perferri literas [4] magnopere vellemus. Ego, si mea in te essent officia solum [5], Curio, tanta, quanta magis a te ipso praedicari, quam a me ponderari solent; verecundius [6] a te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. Grave est enim homini pudenti [7] petere [8] aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet: ne id, quod petat, exigere magis, quam rogare, et in mercedis potius, quam beneficii loco numerare videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipsa novitate meorum temporum [9] clarissima et maxima beneficia exstiterunt; estque animi ingenui, cui multum debeas, eidem [10] plurimum velle debere: non dubitavi, id a te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum, maximeque necessarium. Neque enim sum veritus,

Scritta a Roma l'anno DCC,
essendo consoli Gneo Domizio Calvino e M. Valerio Messala.

M. T. CICERONE A C. CURIONE S.

1 Non s'era anche sentito [1] nulla del tuo avvicinarti all'Italia, quando io ti mandai con questa lettera Servilio [2] amico del mio Milone. Anzi, quantunque già si tenesse vicino il tuo arrivo, e fosse certa la tua partenza dall'Asia, la gravità dell'affare non mi lasciò temere di parer troppo sollecito a mandarla: tanto mi stava a cuore che la lettera ti fosse consegnata al più presto. Or odi: se i miei servigi fossero in te tanto grandi, quanto sogliono essere più da te trombettati che pesati da me, ed io ti dovessi pregare di qualche gran fatto, io farei opera d'impetrarlo da te tuttavia con qualche vergogna: conciossiacchè ad uomo modesto pesa il domandar qual cosa di valuta ad uno del quale si crede aver assai meritato, temendo non forse la sua dimanda paia un esigere meglio che un dimandare, e più un reputar ciò a mercede che a beneficio. Ma posciachè i tuoi benefizi son già noti a tutti, e per lo stesso mutamento della mia fortuna grandissimi e splendentissimi, ed è proprio di schietto animo l'amar di sentirsi al benefattor suo debitore più ch'egli possa, pertanto non ho dubitato di domandarti per lettera una cosa che a me è di tutte la più importante e più necessaria: chè già io non temeva di do-

ne sustinere tua in me beneficia [11] vel innumerabilia non possem: quum praesertim confiderem, nullam esse gratiam [12], quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoque illustrare [13] posset.

2 Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu [14] fixi et locavi; statuique in eo me non officii solum fructum [15], sed etiam pietatis laudem debere quaerere. Neque vero cuiquam salutem ac fortunas suas tantae curae fuisse umquam puto, quantae [16] mihi sit honos eius, in quo omnia mea [17] posita esse decrevi. Huic te unum [18] tanto adiumento esse, si volueris, posse intelligo, ut nihil sit praeterea nobis requirendum. Habemus haec omnia: bonorum studium, conciliatum ex tribunatu [19], propter nostram, ut spero te intelligere, causam; vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum [20], liberalitatemque naturae; iuventutis et gratiosorum in suffragiis [studia] [21], propter ipsius excellentem in eo genere [22] vel gratiam, vel diligentiam; nostram suffragationem, si minus [23] potentem, at probatam tamen, et iustam, et debitam [24], et propterea fortasse etiam gratiosam. Dux [25] nobis et auctor opus est, et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam, et quasi gubernator: qui si ex omnibus unus optandus [26] esset, quem

ver esser minore de' tuoi benefizi, fossero anche infiniti; massimamente che io penso non essere al mondo servigio sì grande, che io ricevendolo possa usufruttare, ricambiandolo e ricolmandolo.

2 Adunque io tutti i miei studi, ogni opera, cura, industria, pensiero, tutta in somma la mente mia ho fitta e raccolta nel consolato di Milone; nella qual cosa io son fermo di dover procacciare non pure il frutto de' miei servigi, ma la gloria altresì della pietà. Nè già credo esservi stato alcuno che tanta pena si desse mai della salute e stato suo, quanta io del suo onore; nel quale ho fatto ragione che dimorasse ogni mio bene. Ora a costui veggo io bene che tu solo puoi dar tanto di aiuto, volendo che niun'altra cosa ci resterebbe da ricercare; perchè ecco tutte queste l'abbiamo: abbiamo l'affezione de' buoni, fruttatagli dal suo tribunato, per rispetto nostro (tu dei conoscerlo, spero); abbiamo il favore del volgo e della moltitudine per lo splendore de' giuochi [3], e larghezza di sua natura; abbiamo quello de' giovani e degli offiziosi nelle pratiche per la specchiata tua amorevolezza e diligenza in questo fatto; abbiamo la raccomandazion nostra, la quale, se non gagliarda, è però gradita, autorevole, giusta e dovuta, e sotto questo nome forse anche aggradita. Il condottiero ci manca e 'l promotore, quegli che regga e quasi governi que' venti che ho nominato; il quale se noi dovessimo eleggere intra tutti, non troveremmo alcuno da starti allato. Per la

tecum conferre possemus, non haberemus. Quamobrem, si me memorem, si gratum, si bonum virum, vel ex hoc ipso, quod tam vehementer de Milone laborem [27], existimare potes; si dignum denique tuis beneficiis iudicas: hoc a te peto, ut subvenias huic meae solicitudini, et huic [28] meae laudi, vel, ut verius dicam, prope saluti tuum studium dices. De ipso T. Annio [29] tantum tibi polliceor, te maioris animi, gravitatis, constantiae, benivolentiaeque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, ut eumdem te facile agnoscam fuisse in laude mea [30], qui fueris in salute. Ego, ni te videre scirem, quum haec ad te [31] scriberem, quantum officii sustinerem, quantopere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modo contentione, sed etiam dimicatione [32] elaborandum, plura scriberem. Nunc tibi omnem rem atque causam, meque totum commendo atque trado. Vnum hoc sic habeto: si a te hanc rem impetraro [33], me paene plus tibi, quam ipsi Miloni debiturum. Non enim mihi tam mea salus [34] cara fuit, in qua praecipue sum ab illo adiutus, quam pietas erit in referenda gratia, iucunda. Eam autem unius tui studio me assequi posse confido. Vale.

qual cosa, se tu mi puoi credere memore, se grato, se uom dabbene, almeno a questo, che per Milone 4 mi do tanto travaglio: in somma, se mi giudichi degno de' tuoi benefizi, io ti prego che tu dia di spalla a questa mia sollecitudine; e che a questa mia gloria, o (a dire più veramente) alla salute mia adoperi ogni tua cura. Di esso T. Annio questo sol ti prometto, che tu, volendolo favorire, non avrai nessun altro di più affetto, gravità, benevolenza, costanza verso di te; a me poi crescerai di tanto l'onore e la dignità, che tu mi riuscirai nell'opera della mia gloria quel medesimo che mi fosti della salute. Io scriverei anche più se non sapessi che da questa mia lettera tu conosci a quanto grave officio io abbia messa la mano, e quanto in questa petizion di Milone io sia obbligato di darmi attorno non solamente con ogni sforzo, ma eziandio con cimento. Or ecco: io ti raccomando, anzi metto in mano ogni bisogno, ogni causa, tutto me stesso. Di questo solo vivi sicuro, che impetrando da te questa cosa, io mi terrò quasi più debitore a te che ad esso Milone: conciossiachè non mi fu tanto cara la mia salute, nella quale egli ebbe cotanta parte 5, quanto la pietà mi sarà gioconda nel ricambiarnelo; al che io mi confido dover pervenire per opera di te solo. A Dio.

CLXXIX. (Ad Div. V, 18)

Argumentum. T. Fadium, iudicio damnatum et exsulem, huius incommodi causa consolatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCI.
Cn. Pompeio Magno III sine collega; ex Kal. Sext. eodem et Q. Caecilio Metello Coss.

M. CICERO T. FADIO [1] S. D.

Etsi egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum; propterea quod nullam rem gravius iamdiu tuli, quam incommodum tuum [2]: tamen te magnopere non hortor solum, sed etiam, pro amore nostro, rogo atque oro, te colligas [3], virumque praebeas, et, qua conditione omnes homines, et, quibus temporibus nati simus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit [4], quam fortuna abstulit: propterea quod adeptus es, quod non multi homines novi [5]; amisisti, quae plurimi homines nobilissimi. Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo videatur esse, qui quam levissima poena ab hac re publica discesserit. Tu vero, qui et fortunas et liberos habeas, et nos ceterosque necessitudine et benivolentia tecum coniunctissimos; quique [6] magnam facultatem sis habiturus, nobiscum et cum omnibus tuis vivendi; et quum unum sit iudicium [7], ex tam multis,

CLXXIX. (A Div. V, 18)

Argomento. Consola T. Fadio mandato a' confini nella sua sventura.

Scritta a Roma l'anno DCCI,
essendo console Cn. Pompeo Magno per la terza volta senza collega;
dalle calende di Agosto console il medesimo con Q. Cecilio Metello.

M. CICERONE A T. FADIO [1] S.

Quantunque io che vorrei consolar te, mi senta bisognoso io medesimo di conforto, da che da gran pezza io non ebbi cosa che sì mi dolesse, come fa questa tua disgrazia; tuttavia col maggiore sforzo non ti esorto pure, ma per lo nostro amore ti dimando e ti prego che tu ti riabbia e ti porti da forte, pensando teco sotto qual condizione tutti gli uomini, ed in qual tempo siam nati noi. La tua virtù ti diede troppo più che la fortuna non ti tolse: conciossiachè tu se' pervenuto a quello a che non molti degli uomini nuovi, e perduto quello che moltissimi del fiore de' nobili. Da ultimo, mostra doverci cader in sul capo tale condizione di leggi, di giudizi, di tempi, che dee credere d'aver toccato il ciel colle dita colui che in siffatta Repubblica se ne vada con la minor tribolazione possibile. Quanto a te, conciossiachè tu abbi fortune e figliuoli, e noi con altri di amicizia e di benvoglienza strettissimamente teco congiunti, e che debbi avere aperta la via da tornare a vivere con noi e con tutti li tuoi, e di tante sentenze sia sola la tua

quod reprehendatur, ut quod una sententia [8], eaque dubia, potentiae alicuius condonatum [9] existimetur: omnibus his de causis debes istam molestiam quam lenissime ferre [10]. Meus animus erit in te liberosque tuos semper, quem tu esse vis, et qui esse debet.

CLXXX. (Ad Div. XIII, 75)

Argumentum. Avianum Flaccum commendat Titio legato, in causa frumentaria.

Scr. Romae A. V. C. DCCI.

M. T. CICERO T. TITIO, T. F., LEGATO, S. D.

Etsi non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis valeat, tamen obsequor homini familiarissimo, C. Aviano Flacco: cuius causa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo. De quo et praesens [1] tecum egi diligenter, quum tu mihi humanissime respondisti; et scripsi ad te accurate antea: sed putat interesse sua, me ad te quam saepissime scribere. Quare velim mihi ignoscas, si illius voluntati obtemperans, minus videbor meminisse constantiae tuae. A te idem illud peto, ut de loco, quo deportet frumentum, et de tempore, Aviano commodes [2]: quorum utrumque per eumdem me obtinuit triennium, dum Pompeius isti negotio praefuit [3]. Summa est,

che è da tutti vituperata [2], come quella che avendo vinto di solo un voto, e questo incerto, si crede donata alla potenza di un chicchessia: per tutte queste ragioni tu dei assai leggermente passarti di questa noia. L'affezion mia verso di te e' figliuoli sarà sempre come tu la desideri, o quale debbe essere.

CLXXX. (A Div. XIII, 75)

Argomento. Raccomanda a Tizio legato Aviano Flacco, nella bisogna de' grani.

Scritta a Roma l'anno DCCI.

M. T. CICERONE A T. TIZIO, F. DI T., LEGATO, S [1].

Io veramente non dubito che la mia prima raccomandazione appo te assai non abbia di peso; tuttavia vo' andare a' versi di C. Aviano Flacco mio amicissimo, al quale io voglio tutto il mio bene, e me ne sento veramente in dovere. Di lui io ti feci anche motto a bocca con gran premura, e ne ebbi da te risposta piena di cortesia; ed anche prima te n'avea scritto sollecitamente: ma egli crede importare allo stato suo che io ribadisca il chiodo più spesso che posso. Il perchè perdonami, te ne priego, se andandogli a verso io mostro di poco ricordarmi della tua fermezza. Ti prego dunque da capo che tu voglia far servigio ad Aviano, sì quanto al luogo da riporre il frumento, e sì quanto al tempo; le quali cose egli impetrò tutte e due per opera di me medesimo, essendo sopra questa bisogna Pompeo. Per recartela a

in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris, ut Avianus, quando se a me amari putat, me a te amari sciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

CLXXXI. (Ad Div. VII, 2)

Argumentum. 1 Emptionis negotium, sibi mandatum, post iocos (nam et ipse inter heredes bonorum erat, quae emi volebat Marius), diligenter se curaturum dicit. 2 Deinde respondet gratulationi de Planco Bursa, qui Cicerone accusante, damnatus fuerat, quo iudicio quantum laetetur, significat, et Marium quoque gaudere iubet. Denique ut quam primum Marium videre possit, optat.

Scr. Romae A. V. C. DCCI, mense Decembr. exeunte.

M. T. CICERO M. MARIO S. D.

1 Mandatum tuum curabo diligenter. Sed homo [1] acutus ei mandasti potissimum, cui expediret, illud venire quam plurimo. Sed eo vidisti multum, quod praefinisti [2], quo ne pluris emerem. Quod si mihi permisisses, qui meus amor in te est, confecissem [3] cum coheredibus. Nunc, quando [4] tuum pretium novi, illicitatorem [5] potius apponam, quam illud minoris veneat. Sed de ioco satis [6]. Tuum negotium agam, sicuti debeo, diligenter.

2 De Bursa [7] te gaudere certo scio: sed nimis verecunde mihi gratularis. Putas enim, ut scribis,

oro, tu non potresti farmi maggior piacere di questo, di far in modo che Aviano rimanga chiarito che quanto egli crede essere amato da me, tanto conosca che io da te sono amato. Ciò mi sarà tracarissimo. A Dio.

CLXXXI. (A Div. VII, 2)

Argomento. 1 Scherza in prima sopra l'affar della compera a lui messo in mano da Mario (da che esso Tullio era degli eredi de' beni posti alla compera), poi gli promette di averne tutta la cura; 2 risponde appresso alla congratulazion fattagli per conto di Planco Bursa, condannato sopra l'accusa di Cicerone; del qual giudizio gli dice di aver gran piacere, e vuol che esso Mario ne goda. Da ultimo si consuma di poter vedere esso Mario.

Scritta a Roma l'anno DCCI, sul finir di Decembre.

M. T. CICERONE A M. MARIO S.

1 Porrò ogni diligenza nell'affare che mi raccomandi [1]. Ma tu debbi essere un uom fine, che l'hai, fra tutti gli altri, messo in mano di tale a cui mette conto che il prezzo altissimo ne sia tenuto: se non che in questo hai ben provveduto, che mi hai posto il termine cui nella compera non dovessi travalicare. Che se tu ti fossi commesso a me, io (per lo ben che ti voglio) avrei certo conchiuso co' miei coeredi. Ora, sapendo io quello che tu vuoi spendere, ed io manderò sottomano chi vi dica sopra, anzi che sia venduto per meno. Ma basti il berteggiare. L'affare tuo tratterò con la diligenza che debbo.

2 Quanto alla condanna di Bursa [2], ben so io di certo che tu ne godi; ma tu se' nel meco congratu-

propter hominis sordes, minus me magnam illam laetitiam putare. Credas mihi velim, magis me iudicio hoc, quam morte inimici [8] laetatum. Primum enim iudicio malo [9], quam gladio; deinde gloria potius amici, quam calamitate. In primisque me [10] delectavit, tantum studium bonorum in me exstitisse contra incredibilem contentionem clarissimi et potentissimi viri [11]. Postremo, quod vix [12] verisimile fortasse videatur, oderam multo peius hunc, quam illum ipsum Clodium. Illum enim oppugnaram [13]: hunc defenderam. Et ille, quum omnis res publica in meo capite discrimen esset habitura [14], magnum quiddam spectavit; nec sua sponte, sed eorum auxilio [15], qui me stante stare non poterant: hic simiolus, animi causa [16], me, in quem inveheretur, delegerat; persuaseratque nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore [17]. Quamobrem valde iubeo gaudere te. Magna res gesta est. Numquam ulli fortiores cives fuerunt, quam qui ausi sunt eum contra tantas opes eius [18], a quo ipsi lecti iudices erant, condemnare. Quod fecissent numquam, nisi iis dolori meus fuisset dolor. Nos hic multitudine [19] et celebritate iudiciorum, et novis legibus [20] ita distinemur, ut quotidie vota faciamus, ne intercaletur [21], ut quam primum te videre possimus.

larti troppo schifo, pensando tu, siccome mi scrivi, che io non debba, per la viltà di colui, far troppo gran caso di quella allegrezza. Or io vo' che tu creda che maggior gusto ho provato io di questa condanna, che della morte del mio nemico [3]: prima, perchè io amo meglio vederlo abbattuto per sentenza, che morto a ghiado; l'altra, godo della gloria dell'amico, ma senza suo male; e soprattutto mi fu caro il veder i buoni tanto caldi di me a fronte dello sforzo incredibile della più illustre e potente persona [4]. Finalmente (e parrà forse appena simile al vero), io odiava troppo peggio costui, che Clodio esso medesimo: da che contro di Clodio io avea adoperato le armi, e costui aveva difeso. Anche l'altro tirava ad un colpo di maestro, recando a repentaglio, con la mia vita, essa Repubblica; ed aggiugni, che nol fece da sè, ma sostenuto da coloro che, stando io in piè, non potevano reggersi [5]; laddove questo scimiotto, per bel diporto, aveva cavato dal mazzo pur me, in cui scagliarsi; ed avea fatto credere ad alcuni che mi portano invidia, che egli saria stato sull'ali mai sempre per darmi briga. Per le quali cose tu dei rider di gana. E' s'è fatto un tratto magnifico; e non furono mai cittadini più forti di quelli che, contro tanta potenza di quell'uomo medesimo che gli avea scelti per giudici [6], osarono di condannarlo. La qual cosa non avrebbono fatto mai, se loro non fosse doluto del mio dolore. Noi siam qui assediati da tanta calca e solennità di cause, e dalle nuove leggi, che ogni dì facciam voti acciocchè non sia fatta giunta di giorni [7], per poterti riveder quanto prima.

ANNOTATIONES

IN EPISTOLAS

QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

CXXX.

1 Ita et Quintilianus in limine Institutionis oratoriae ad Triphonem: *Efflagitasti*, inquit, *quotidiano convicio, ut libros — emittere inciperem*; ad quem locum explanandum transfert Spaldingius et hunc et alios Ciceronis locos epp. CXXXII, 1; DCCCXII, 2; et pro Cluent. 27. Nimirum *epistolam hanc maximopere*, hoc est, *multa compellatione efflagitarunt*, etc. Ipse Cic. in cit. ep. DCCCXII, 2 quod primo *quotidianas compellationes* dixerat, postea *iustissimum* et *honestissimum convicium* nominavit. Itaque cave cum eodem Spaldingio de iniuria hic cogites.

2 Ad Caesarem, puto, in Galliam: id patet ex ep. CXXXVI.

3 H. e. quidquid in buccam venerit, effundere.

4 H. e. acerbe et concise, ut res significat. Quamquam ad pompam potius eruditionis, quam ad rei veritatem id dixisse puto, ex eo, quod, quum de Tenediis ageret, adagium de securi Tenedia ad rem facere ei visum fuerit. Inde translatum, quod olim Rex Tenedi securim gestans lites audire consuerit, causaque iudicata, protinus eum, qui fecisset iniuriam, securi percutere; aut quod Tenedius quidam Rex legem tulerit in adulteros, ut utriusque corpus securi concideretur, eiusque legis exemplum etiam in filium ediderit. Haec Erasmus, Chil. I, 9, 29. Quamquam ipse adagium a facto Alexandri Magni

ortum potius existimat, qui nodum insolubilem in Midae plaustro ense dissecuit; sed quare ensis eius *Tenedia securis* dicatur, non aperit. De *Tenedia* securi vide Conon. apud Photium pag. 437., Steph. Byzant. et Suidam v. τένεδος et τενέδιος, Plut. de Pythiis orac., Diogenianum VIII, 58 apud And. Schottum inter adagia Graecorum, atque Heraclid. de Polit. v. *Tened.*

5 Quia Tenedum et Sipylum Quintus, quum esset in Asia pro praetore, triennio ante rexerat. Sipyli autem legati potius, quam Tenedi, Quintum in senatu laudarant. *Manutius.*

6 Sic Victorius emendavit (varr. lect. XXX, 1), quod Lambinus recepit et Schütz. Vulgo *de te magis ab S.*, cui lectioni vitium certe inesse indicant Pal. tert. apud Grut. qui *tea*, et Land. qui *te a* legunt. *Magnetibus ab Sipylo*, dixit, ut distinguantur ab aliis Magnetibus, puta ad Maeandrum. Modum loquendi confirmat Ciceronis numus, quem et Clericus meminit, in quo legitur ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΤΩΝ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ, apud Myonnet, Médailles grec. et rom. tom. IV, Lydie, n. 385; et Strabo XIII, p. 891 ed. Oxon. 1807.

7 Postulantis aliquid, opinor, pro publicanis (et ipse fortasse publicanus) contra Asiaticos, quod ei concedi ius non esset. Nam inter provinciales et publicanos vectigalium causa numquam defuit contentio. *Manut.*

8 Land. *aut si.*

9 Forte, ut communem utriusque rem in aliqua causa defenderet. *Manut.* Ed. Min. *neque Pompeio.*

10 Edd. Ro. Min. Aldi, Herv. Grut. *lita sunt;* Vict. *non ita sunt;* utrumque sine libris. Lambinus confidentius *ita sunt multis luminibus ingenii illustrata: multae tamen etiam artis.* Vulgatae lectionis sententia satis aperta est: Lucretii poëmata ita sunt, ut tu iudicas, scilicet ingenium

poëtae produnt magis, quam artem; quibus verbis, ait Manutius, plus in Lucretio declarat ingenii, quam artis. Significantur Libri VI *de Rerum natura.* Iudicium Quinti, sive Marci, simile est iudicio hominum nostrae aetatis. Quintus erat poëta, quod tragoediae eius indicant in ep. CLIX, 6, CLIV et CXLIV, 4. Ciceronem emendasse et edidisse Lucretii poëmata, narrat Eusebius in Chronico. Ex quo inferre possumus, hoc tempore et emendandis poëmatiis Lucretii Marcum operam impendisse, et factum pro iis pugnare, qui mortem Lucretii anno V. C. 698 collocant. Nam emendationis proprium tempus esse videtur illud, quum auctor vix vita functus est; quod neque eruditum Clericum fugit.

11 Id est fortem et patientem et malis invictum, si potueris ferre, idest patienter legere, seu audire tam indoctum poëma. *Hominem non putabo,* idest, putabo te omnis humanitatis expertem, ferum, immanem, seu sensus expertem. *Lamb.*

12 Instar versuum Empedoclis, vel etiam interpretationem operis alicuius Empedoclis, explanat Clericus. Quare non opus aliquod primigenium de Empedocle, puta, de Philosophia Empedoclis, ut suspicatur Ernestius? Certe *Hortensiana* (ep. CIX, 2) ipse Clericus non cepit de scripto instar operum Hortensii, vel de interpretatione operis alicuius Hortensiani.

CXXXI.

1 Contra Ateium tribunum pl.; ep. CXXIX, 1. *Corrad.*

2 Edd. vett., praeter Med., item Lamb. *perscripserint.*

3 Verendum scilicet erat, ne illi Crassi inimici eum in Syriam profectum revocandum censendo vincerent. *Schütz.* Mox *suscepique-perpetuam p.*, apud me statui perpetuo propugnare.

4 Vide ad ep. XIX, 4.

5 Quia Crassus coniurationis (Catilinariae) conscius et particeps putaretur; Plut. in Crassi vita. *Manut.*

6 Edd. vett., praeter Med., *alienaverunt*, vel *immutaverunt*.

7 Hoc refertur ad id, quod sequitur *florentissimis rebus tuis*; quia rebus afflictis, non florentissimis, amor vere perspicitur. *Manut.*

8 Tertulla, quam inter illustres feminas recenset Svetonius (Iul. 50), quas a Caesare corruptas fuisse fama erat.

9 Marcus et Publius, ut infra. De hoc vide ep. CXXII, 2. Infra statim Zel. A *studiis auctoritateque nituntur.*

10 Scriptum esse *utuntur* in nonnullis mss. affirmat Schütz; forte quia infra § 3 sic est.

11 Hoc est ab ineunte adolescentia, simulac indui togam virilem, deposita praetexta, ab amicis deductus in forum, ut transcriberer in viros; id quod nonnumquam erat annus quartus, quintus, sextus decimus. Sed vide Graevium. Ab ingressu in forum vita publica incipiebat, idque erat, ut apud nostrates *entrare nel mondo.* Crassus quinque annis maior erat Cicerone.

12 Edd. Ro. Iens. Herv. *Si qua inciderunt*, quorum alterum, h. e. *inciderunt*, Lambinus, Ernestius et Schütz receperunt. Mox Ambb. cum edd. vett. *Suspicione violenta.*

13 Edd. vett., praeter Med., *eximium m. s. et s.*, et infra una ed. Min. *contendunt.*

14 Libri omnes vett. tum scripti tum excusi, praeter Victor., item Lambinus *ambos.*

15 Schütz correxit *impar*, quod notet M. Crassum filium amori suo non pari benivolentia respondere. In vulgata lectione facile subaudio *sum*, et *in Marco* accipio pro *in Marcum*, h. e. erga Marcum; cuius loquendi generis aliud exemplum vidi. De Franciscis melius praepositionem *in*

ante *M* solitariam expungit ita, ut legat *sed Marcum*, quae praepositio fortasse nihil aliud fuit nisi ipsa *m* praenominis, in *in* a librariis mutata.

16 Quo intercedente Cicero et Crassus reconciliati sunt. Amabat is unice Ciceronem propter eloquentiam; Brut. 81. *Manut.*

17 Edd. Ro. Iens. Min. *f. esse h. v.*, Med. *vim esse.*

18 Ita recte Amb. 13, et edd. Med. Min. Herv. Man. Lamb. cum recentioribus. Ceteri libri *esse facturum.* Edd. Ro. Iens. *diligentissime esse f.*

19 Schütz auctore Martyni-Lag. *hoc adscribere.* Edd. vett. *haec ad te s.*

20 Ita Ambb., praeter 6, 14 et 15, cum Vict. et Grut. Vulgo *clientum.*

CXXXII.

1 Hanc epistolam cum XCIX coniungendam putat Pontedera. *Ernest.*

2 Stantis ante fores Curiae in Graecostasi et gradibus. *Manut.*

3 Tota haec periodus in Amb. 17 reiicitur in finem epistolae, hoc modo: *Quamquam eiusmodi frigus — impendebat, ut — urerentur. Nam prid. Idus*, etc.

4 Vox *rege* abest ab Amb. 16, Land. et ed. Victorii, et infra *totam* ab edd. Min. et Herv. Tum Land. *descripserat;* sed infra est *reliqua discutere. Commageno*, h. e. provinciae Commagenae. Antiochus, hoc enim ei nomen erat, (ep. CCXII) quum Pompeius in Syriam cum exercitu descendit a. v. c. DCXC, terrore compulsus societatem cum populo Ro. inivit. Vide. H. Noris de Epoc. Syro-Maced. II, 4. *Rem totam*, cuius tamen rei nonnisi aliquot capita, eaque subobscura licet scire ex seqq. *extorsi oppidulum, togam sum — cavillatus.*

5 Edd. Iens. Min. *per populum.*

6 Metu, ne itidem exteris legatis, aut regibus aliquid a senatu petentibus obsistam. Quod ideo Appius nolle videbatur, quia, quum aliquid eorum causa senatus decrevisset, munera mercedis loco, aut etiam pactam mercedem consuli, qui ad senatum retulisset, dare consuessent. Id significant illa verba quae sequuntur: *Videt, hoc genere dicendi si utar in ceteris, Februarium sterilem futurum.* Manut.

7 Februarius mensis postulatis provinciarum et legationibus audiendis dabatur; ep. XCV.

8 Amb. 16 *id — oppidulum.*

9 Affirmo *et Zeugmate* Ciceronis non esse: et, ut olim in iure solebant, sic ego sponsionem facerem, ni glossema sit. *Manut.* Vereor, ne temerariam fecerit sponsionem Manutius. Id enim oppidum erat positum in Euphratis transitu, vel ad pontem Euphratis, unde dictum fuerat Zeugma, quae vox graecis *pontem,* vel fluvii *trajectum* significat. Plin. l. V, c. 24, sect. 21: *Zeugma transitu Euphratis nobile.* Gruteri vetus liber habebat *in Euphrati zeugmate*; sic etiam codex Sorbonicus. Potuit *Euphrati* pro *Euphratis* scribi, ut multa id genus (ad ep. CVIII, not. 30). Ac profecto si legas *in Euphratis Zeugmate* aliquid vulgato melius habebis. *Olivetus.* Amb. *in euphrati et eugmate;* Lamb. *in Euphrate, Zeugma.*

10 Sic emendavit Schütz, quum libri aliquot habeant *quod non vult.* Tunstallus coniiciebat *nunc v.* Olivetus, auctore Victorio, negationem omisit; sane ei favet etiam liber Landi, ed. Iens. Edd. Ro. Aldi, Herv. *quod nolit...* Mox Amb. 16 cum ed. Herv. *revocare.*

11 Sibi enim honori magno esse putabat Romanorum magistratuum et ingenuorum vestem induere.

12 Idem lib. Land. *interpellet decernendum censeo. Inter-*

polare togam est, ut explanat Ernestius, cretam addere in vestem, ut candidior sit: ergo ut honor augeatur e repetitione decreti. Sic *tabulas interpolare*, nimirum *cera*.

13 Ignotum nomen; sed et libri variant: *Buscycum, Buscenum, Burisrienum*, quod Lambinus expressit, et apud Grut. *vix Rhenum, Busthenum* et *Burrenum*. Ed. Ro. *qui vix Rhenum p. modo ferebatis.*

14 Land. *me totum.* Mox *amplexatur*, ne reliqua eodem modo, quo superiora, discutiam.

15 Quum hospitibus meis, Graecis hominibus, intercedentibus in gratiam cum eo redierim. *Manut.*

16 Ignota res.

17 Forte Quintus, ut inter legatos Caesaris esset in Gallia, rogaverat.

18 Ambb. 16, 17, ed. Ro. Vict. *te video.*

19 Verba *ad Caesarem* omisit Lambinus. *Eodem illo exemplo*, quo usus sum in scribendo superiorem epistolam, quam cum aliis aqua madidam Caesar accepit. Italis *un' altra copia.*

20 Minus recte Ambb. 16, 17, Land. et edd. vett., Iensoniana excepta, *locum.*

21 Iocus ioco relatus. Si tu, inquit, eges, nos non abundamus. Itaque arcae nostrae noli confidere. Nam si decoxeris, ego te meis nummis tuo aere alieno non expediam. Et est hic *conturbare* pro *decoquere.* Edd. Iens. Min. Aldi *artis nostrae.*

22 Abest provocabulum *et* ab Amb. 16, Land. et ed. Rom. *Iungentur*, h. e. tum redditae erunt, quum ex Sardinia redieris.

23 Quod in domo consulis, quo salutandi ac deducendi causa quam plurimi convenirent, caminum esse oporteret, saeviente frigore, luculentissimum. *Manut.* Si εἰρωνικῶς dictum accipis, mordet, credo, avaritiam Appii.

CXXXIII.

1 Galliarum proconsuli; cf. ad ep. CXIII, 6.

2 Ita Schütz auctore Nizolio; cui loco similis est ille ep. LXX, 5: *Deinde te quasi me alterum.* Ernest. *te esse alterum me*, non sine exemplis. Vulgo *te me esse alterum.*

3 Testam, celeberrimum iurisconsultum.

4 Tamquam legatus Pompeii; ep. CXLVI, 5. Sed utrum Pompeii rei frumentariae procuratoris (ep. LXXXVII, 2), an Hispaniarum proconsulis, dissentiunt interpp. Pro ultima sententia stat cum Cellario Manutius, quia in ep. CL quum Cicero dicat *se in provinciam exiturum*, minus recte dixisset, si ad frumentariam procurationem exiturus fuisset. Verum neque locus hic, neque alius ep. CXLVI, 8, satis aperte indicat Ciceronem Pompeii legatum in Hispanias fuisse. Contra, legatum Pompeium in frumentaria procuratione arguunt epp. LXXXVII, 2, LXXXVIII, 3, et CXLVIII, 3 post med.

5 Ita Victorius, quum antea esset *meis communibus studiis b. q. o.* Unus Minutianus *m. commodis s.* etc. Ambb. quatt. et Rec. *beneficiisque ornatissimum.* Amb. 14, Zel. A et ed. Ro. *beneficiisque quam o.*, non male; sed *que* in Amb. a 2 m. Lamb. *et beneficiis q. o.*

6 Scilicet ad urbem.

7 Morem Pompeio gerere, et Romae esse volebat Cicero. Constat Ciceronem desiderio urbis provinciam, quae ei obtigit, deposuisse (ep. XIV, 2, in Pis. 2), legationemque sive liberam (epp. XXX, 3), sive ad Caesarem (ep. XLIV, 3), repudiasse.

8 Ambb., praeter 2 et 12, Rec. et edd. ante Vict. *exspectasset.*

9 Edd. vett. *dantur mihi.*

10 Ne codd. quidem Ambb. in hoc nomine consentiunt; habent enim *M. Rufinium*, alii cum Zel. A *M. Ufium*, alii *Mirfium*, vel *M. Irfium*; Rec. *M. Iffium*; Zel. B *M. Lisium*. Manut. et Lamb. *M. Furium*. Consentiunt autem edd. vett. in *M. Ruffum*, quod cum Schützio recepi, pro vulgato *M. Orfium*, quod erat e correctione Victorii. Infra verbum *Galliae* abest a Zel. B.

11 In voce *Leptae* libri consentiunt, non item in altera *delega*: Ambb. 13, 14 *delegem*; 3, 6, 7, 15 *delegam*. Edd. Min. Man. Lamb. *legatum*, Ro. *delegatum*. Ignoratio hominis et rei quamplurimis interpretum coniecturis locum fecit. Rutgersius (varr. lect. I, 5) *vel Leptide legatum*, nimirum Leptide nobilissima Africae urbe, et Colonia Iulia; Manut. et Ursin. *vel Leg.* (legionis) *III legatum*. Aliam I. F. Gronovii coniecturam vide inter interpretes Ciceronis ad hunc locum.

12 Sic Amb. 13 et ed. Min., quod Manutius et Lamb. praetulerunt. Et sic semper loquitur Cicero post *nescio*, epp. CXCVII, 2; CCXXXVIII, 2; CCXLII, 3; CDLXIII, 1. Vulgo *nescio quod*.

13 Ambb. 3, 7 *in virum*, et infra 6 cum Man. Lamb. *hoc spondeo*.

14 Quod nemo nostrum novit.

15 Gravissime; ep. CL post med: *Sic te ei tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui*; ep. CLXXIII, 3: *Ego te Balbo more Romano commendabo.* Manut.

16 Hanc lectionem ex v. c. orae primae edit. commisit Egnatius, conspiciturque in Pal. pr. Vat. Recepit Vict. et posteriores. Recte; ep. CXXXVI ad Trebatium *tuus pudor*, etc. Olim *prudentiorem*.

17 Hoc non ad ipsum Trebatium refero, ut dicatur, suos habere sectatores, verum ad eius excellentem in iure civili memoriam atque scientiam. Quum enim laudare

Trebatium Cicero coepisset, adiunxit ea quae in eius laudibus ita prima sunt, ut quasi familiam ducere et excellere videantur. *Manut.* Itaque *quod* non pendet a sup. *accedit,* sed a subaudito *id*, h. e. *id quod f. d.* De genere loquendi vide in Ind. Minus recte infra tres Ambb. Rec. et ed. Min. *singulari memoria.*

18 Hoc membrum *benivolentiam — peto* deest in cod. Rec. Mox idem Rec. et edd. Ro. Med. Min. *gloriae insignibus.*

19 Vocabulum *ita* delevit Lambinus, quod tamen frequenter non sine lepore apud Ciceronem abundare videmus; vide Ind. Mox omnia illa *istam, et victoria et fide praestantem* non agnoscit Amb. 15.

20 Sic nostri omnes, Rec. et edd. Ro. Med. Vulgo *simus.* Mox edd. Iens. Min. *pudentiusculi,* quod rei non convenit.

21 Sic primus correxit Ernestius; vulgo *quam per te,* factum incuria librariorum, qui *putidiusculi* pro comparativo ceperunt, quum potius putidi diminutivum sit.

CXXXIV.

1 Scil. de qua scripsisti. Anaxagorae fuit opinio, nivem esse atram (Acad. II, 31), quod ex aqua fieret, quae nigra esset. Hac super re fortasse scripserat Quintus. Sed vide Manut. Infra statim Amb. 16 *a. esse, ut puto, ad i.*

2 Non debere nos unius Pompeii amicitia niti. *Manut.*

3 Celebro.

4 Faveo, neque favere umquam desinam. Ductum a rebus carissimis, quas in sinu gestamus; quae ne excidant non discingimur. *Manut.*

5 Id est constitutus edicto praetoris. Varr. Ald.: *Dictus erat C. dies.* Dies nimirum, quo Rufus causam de vi diceret apud praetorem Cn. Domitium Ahenobarbum.

6 Quum eo die, quo causam dici ex edicto oporteret, iudices eo, quo opus erat, numero non affuissent, irrita fiebat accusatio; ut integrum tamen esset, si quis eam praeterea vellet instituere: quod in hac Caelii causa timet Cicero, quum ait: *Vereor, ne homo teter et ferus, Pola Servius, ad accusandum veniat.* Atque etiam renovatam esse accusationem M. Caelii, ipsa declarat Ciceronis oratio, initio mensis Aprilis habita, ludis festisque publicis, satis longo post Idus Februarias, qui decimus erat Caelio dies, intervallo. *Manut.* Amb. 16 *iudices ad numerum.*

7 Nempe légationibus Tyro missis, ut de publicanis quererentur. *Manut.* Amb. 16, ed. Min. *Syriis*; errore operarum. *Syriaci*, nempe Tyrus provinciae Syriae attributa erat. *Vexatus Gabinius*, qui Syriam administrabat.

8 Consule, qui cum altero Domitio, *Cnaeo* praenomine, praetore, non est confundendus. *Tum* non *tamen* Faërnus volebat.

9 Honoris causa, quum e provincia (Gabinius) decederet. *Tislinus.*

10 *Lucium*, non *C.*, qui princeps equestris ordinis erat, et Ciceroni notissimus, intelligebat Manutius; recepit Schütz.

11 Reos: quos si absolvimus, quid reprehenditis, quum eosdem vos laudetis? Mos erat, ut auctoritate praediti viri reos in iudicio, antequam sententiae ferrentur, laudarent. Pleni exemplorum libri. *Manut.* Iudicia Romae tum temporis exercebant senatores, equites, et tribuni aerarii; ep. XXI, 2. Adnotat Gruterus Wouverium ex nescio quo cod. adscripsisse orae *vos colluditis*, idque non displicet Oliveto.

12 Land. *actum eo d. n.*

13 Comitialibus diebus haberi senatus lex Pupia vetabat, ut ex hoc loco colligitur.

14 Hoc est, interpretatur Appius, se cogi lege Gabinia, quae sancivit, ut Februarius mensis legationibus audiendis daretur, senatum legatis exterarum nationum quotidie dare. Haec est coniectura Faërni. Vulgo *dari.*

15 E provincia male administrata revocando. *Acturus*, apud populum.

16 Schütz, auctore Mureto (var. lect. II, 5), delevit *redeo*: bene Olivetus retinet et Clericus. Etiamsi nulla de his duobus mentio antecedit; tamen fieri potuit, ut alia epistola, quam non habemus, vel alio quovis modo Quintus a Marco de lectione horum historicorum iam certior factus fuerit.

17 Sic Mureti liber, et sic inde a Grutero editur vulgo, ut eadem prorsus sit ratio dicendi, atque illa ep. XVI init. *Teucris illa lentum sane negotium*, XCV, init.: *unumque certamen esset relictum, sententia Volcatii.* Olim *Callisthenis.* Mox *vulgare*, h. e. commune, triviale, Ambb. 16, 17 et edd. Aldi Min. *vulgatum.*

18 Haec verba *locuti sunt* aberant ab eodem libro Mureti; non ita bene. Mox *Siculus*, scilicet Philistus. *Capitalis*, hoc est ingeniosus: Ovid. Fast. III, 839: *capitale vocamus ingenium solers*; vide Muretum loco iam laudato. *Creber* explicatur de Orat. II, 13: *Thucidides ita creber est rerum frequentia.* Vidit Olivetus.

19 Alterum scilicet corpus, in quo de Dionysii rebus gestis egerat. *Victorius*, varr. lect. XXXIII, 19.

20 Ambb. Land. et edd. Ro. Min. post *Philisto* addunt *Dionysius*, inepte. Mox edd. Ro. Ald. Herv. *quod scribis.* Tum Land. *aggredieris ne*; Amb. 17 *aggrederis ne historiam.* Et paullo post idem Amb. cum Ald. Min. Vict. *me enim auctore.*

CXXXV.

1 Familiarem Caesaris, qui erat cum Caesare in Gallia. Infra Amb. 7 et Rec. *accessio est*.

2 Ad Caesarem.

3 Zel. A *prosequere*. Edd. vett. *id a. consequere et virtute*.

4 Amb. 16 *ignoscimus*.

5 Medeam cum viro suo Iasone Corinthum exsulem devenisse, demonstrat hic locus; et ex ipsa, quae exstat, Euripidis tragoedia cognoscitur. *Manut*.

6 Versus ex aliquo poëta, et quoniam Medeae mentio est, ex Ennii Medea putat Cellarius. Mox *habebant* pro habitabant, ut Plaut. in Bacc. I, 2, 6 *quis istic habet*, et Aulul. prol. 5 *qui nunc hic habet*. Vtrumque habet ed. Med. *habitabat habebant*.

7 Qui locum vitiosum putant, toti sunt in eo sanando: Samuel Petitus *III anibus gypsatissimis*, h. e. tribus vetulis albo colore candentibus; Verburg. *malis gypsatissimis*, h. e. genis infucatis. In ora codicis nostri 6 *alii citatissimis*, quod et in margine alterius Palatini esse notat Gruterus. An *argutissimis?* quasi dixerimus *parlanti*, quemadmodum de feminis Lusitanis legimus in Ricoglitore, Dicemb. 1826, n°. 24; pag. 855: « Le donne portoghesi si sono formate un alfabeto di lettere e geroglifici con le dita ». Vid. ad ep. CXCII, 1. Qui vero sanum putant, eum explicare conantur, idest, *fugitivis*, *improbissimis*, notavit vir doctus ad edit. principem apud Gebhardum. Gypsati enim de catasta, explanat ipse Gebhardus, venalicii; talis et Medea fugitiva erat, patris et patriae proditrix. *Barbaram* mulierem vero significari putabat Turnebus (Advers. XII, 18); nam barbarae mulieres manus sibi pingere solebant. Yvo Villiom. *frau-*

dolentam interpretabatur, quae dolos suos praetextu exornat, et illis aliquam bonam causam praetendit, puta, leges, et iura, aut simile. Simplicius I. Fr. Gronovius; illa, inquit, ut persona comica, manibus gypso, ut candidiores essent, illitis, vocem gubernans, ut Petron. c. 87. Mox Lamb. *illae vitio.*

8 Edd. Iens. Min. *a patria procul.* Mox Lamb. *domi qui aetatem egerunt.*

9 Cavere dicuntur proprie Icti; vide Indicem.

10 In Britanniam Trebatium non ivisse constat ex epp. CXLV, CL, extr., et CLXXVII.

11 Amb. 3, 7 *et quoniam.* Tum edd. vett. *coepi M. a.*, vel *o. a. M.*

12 Amb. 13 *ipsi sibi.* Omnes libri, praeter 2, tum scripti, tum typis excusi, *nequit.* Vulgatum *non quit* est, opinor, a Victorio, et habet Amb. 2. Effatum iterum laudatur tamquam ex Ennio de Off. III, 15.

CXXXVI.

1 Ambb. 3, et 7 *Sapientissime s.*, ed. Ro. *de te scripsi, diligentissimeque s.*

2 Ita Amb. 6, 7, 15, Zel. B cum vulgatis; reliqui et edd. vett. *afferuntur.*

3 Sic et ep. CXLIX, 7: *Etiam illud iam cognitum est*, etc. ubi vide. Spe predae Romanos in Britanniam transisse aliqui ex hoc loco coniiciunt. Id Caesari non convenit. Iocatur Cicero in Trebatii libidinem ditescendi.

4 Amb. 7 *recipias s.*, Zel. B et edd. vett. rectius *rapias suadeo*, Manutius *s. rapias.* De essedo, brevi et celeri barbarorum vehiculo, ex quo pugnam inibant, Caesar B. Gall. V, 16, Iornandes Rer. Goth. 2, et Virg. Geor. III, 204.

5 Nimirum, ut diteris simul, et gloria augearis. Edd. Min. Herv. Man. Lamb. *id quod v.*; minus recte. *Sis in familiaribus Caesaris*, a quo nimirum beneficium aliquod reportes; ep. CXXXIII. Mox edd. vett. cum Lamb. *Multum enim te.*

6 Ed. Ro. *Habes imperatorem*; Amb. 15 *imperatorem habes*; edd. Man. Lamb. *i. liberalissimum habes*; deleto altero *habes.*

CXXXVII.

1 Land. ed. Ro. *Nestorius*; incuria pictorum in pingenda prima epistolae litera. Alias eorumdem aberrationes omittimus. Mox edd. Iens. Herv. *VIII*, Min. *III Id.*

2 In Asiam; ep. CXLII, 2. De grandi autem via esse locum intelligendum suadent illa quae sequuntur: *totoque ex itinere*, etc. Mox malim, quod Faërnus corrigebat *tardius*, *quam dixeras.*

3 Edd. Iens. Min. Herv. *domum ad tuos*; nihil opus: Terent. in Eun. 1, 2, 125: *Venturum ad me — domum*; quod vidit Manutius. Ipse Cic. ep. IV, 1: *Apud te est.*

4 Quos Varro Romanorum sapientissimus scripsit. Eius laudes vide Acad. I, 3.

5 Nempe *de re publ.*; epp. seq., CXLVI, 4; CXLIX, 2; aliisque.

6 Lib. Land. et edd. Min. Herv. *Velim*; Ro. *Et velim.*

7 Quem apud Caesarem gratiosum forte augurabatur. De eo in ep. CXLVIII, 7. *A Quinto*, scil. ex literis Quinti. *De comitiis*, mox futuris.

8 Ita scribendum esse indicarunt Victorius et Manutius, et rescripserunt Ernestius, Sch. et Cler. Ante hos *festine.* Mox edd. Iens. Min. Herv. *conscribas.* Paullo infra *si nihil* rescripsi ex cod. Land. et edd. vett.; vulgo

si nil, quod, ut alias monui, ortum est e compendio scripturae.

9 Illum, qui bibliothecam nostro composuit, ornavitque; ep. CXI. Fuisse tum cum Attico colligitur ex ep. CXLII, 9. De eo iterum est sermo in ep. CCLII, 9.

CXXXVIII.

1 Pronomen *quarum* delevit Schütz suadente Ernestio. Lambinus *earum al.* Mox edd. Ald. et Herv. *ex Arimino.* Haec epistola in Ambb. Land. edd. vett. et codd. apud Grut. coniungitur cum superiore ad Q. fratrem, nimirum cum CXXXIV.

2 Ita edd. Ro. Min. cum Vict. et vulgatis. Minus recte Ambb. et reliquae edd. vett. *plures, quam.*

3 Sic omnes libri et scripti et excusi usque ad Gruterum. Vulgo, a Grutero, opinor, *oblectabam.*

4 Land. *opus positum.*

5 Sic Gruterus et vulgo. Libri scripti, edd. vett. et Vict. *spectantes scribimus;* ed. Min. Aldi, Lamb. *scribentes spectabamus;* bene si *scribentes* de epistola intelligis; at potes de libris *de re publ.*

6 Et hoc a Grutero. Libri usque ad illum *et in quibusdam.* In seq. sententia potes etiam rescribere *maxime mihi vero,* ut libri aliquot habent.

7 Sic una ed. Ro. Quamquam correctio in margine exemplaris editionis principis Victorianae, quo ex Imp. R. hac Bibliotheca utimur, *et inspiciam* magis arridet. Vulgo *sed inspiciam.*

8 Amb. 17 et excusi vett. *contemnat.*

9 *Minore* recte de glossa suspectum Manutio. Nam si ad filii notitiam respicis, iam satis Quintus, fratris filius, quem annum ageret, scire debebat; si vero ad distin-

ctionem inter *maior* et *minor*, exemplo duorum Scipionum et Catonum nobilitatam, ut de hac Cicero cogitarit, iam ponis Ciceronem ad posteros scripsisse, non ad fratrem. Nam illa distinctio inter celeberrimos viros a posteris invecta est. Mox *perdocendo* malui cum Schütz, quod edd. Min. Ald. et Lamb. habent. Lib. Land. *prodocendo*; Ambb. et edd. vett. *producendo*; quod Gruterus reposuit, sed non explicavit.

10 Lib. Land. *meum mandatum*. Mox *digeras*, h. e. ordines, ne quod ex mandatis elabatur, aut praetermittatur, ut explanat Ernestius.

11 Et verba *equitem Ro.* suspecta Ernestio de glossa, quum non Quintus solum, sed omnes tunc temporis eum esse equestris ordinis scirent. Tum utrumque *et* sustulit Hervagius.

12 Cicero videtur hoc sic intelligere, ut significet, Orfium esse antesignanum clientum suorum, quemadmodum asseclas et clientes Pompeii, *manum* Pompeii appellat ep. X, 2. Ambb. 16, 17, Land. et ed. Ro. cum Vict. *in exercitu vestro.*

CXXXIX.

1 Amb. 15 *Caesar ad me .... nondum se tibi;* atque *se tibi* habent omnes edd. ante Victorium.

2 E correctione Ernestii; ante hunc *certe.*

3 Sic libri omnes habent et scripti et excusi usque ad Graevium. Recentiores Verburgius, Ern. Sch. Cler. sine *quamdam*, forte quia haec vox male cum seq. *tuam* coniungitur. At potest *tuam* esse e glossa, ut ea, quam infra Amb. 7 nobis largitur *et facultatem tuam.* In dubio scripturam librorum omnium retinuimus. Zel. B *properam.*

4 Militum, quem Caesar honorem cum vacatione militarium onerum Trebatio detulerat. Est autem, ut diximus iam, in castris prima dignitas consulis, altera legatorum, tertia tribunorum militum, quarta praefectorum equestrium turmarum, quinta centurionum, deinceps minorum ordinum. *Manut.*

5 ICtis, ut Trebatius. Iocatur Cicero, ut saepe cum Trebatio. Mox *Cornelio*, est Q. Cornelius Maximus, a quo Trebatius ius civile didicerat, ut vidit Manutius. *Nihil audeo dicere*, ne magistrum offendam. *Cuius tu periculo*, quum tu sine praeceptoris tui iniuria stultus esse non possis. Amb. 3 *cuius in p.*, 7 *cuius tu in p.*, ed. Min. *cuius cum p.*

6 Sic Ambb. omnes, praeter 3, item Rec. Zel. B, et excusi vett.; cf. epp. CLXXXI, CCXXIX, aliasque bene multas. Vulgo *quum — profiteris.*

7 Qui erat apud Caesarem gratiosior, ut videtur, quam Trebatius. *Manut.* Amb. 12 *praeclaro viro consulto.*

8 Amb. 7 *gratias habere.*

9 Ambb. 2, 3, 7, 15 *Britannicas literas*; edd. vett. *v. l. exspecto B.*

CXL.

1 Sic Amb. 17 et Land. et sic Ern. praetulit, quia sic semper Cicero, ut ep. CXXXVIII, init. *Arimino datam*; vulgo *Placentiae.*

2 Sic emendabat Car. Sigonius, probavit Manutius, receperunt Olivetus, Schütz et Clericus, quod *Laus* notum sit oppidum X M. P. fere Placentia distans, hodie *Lodi*; vulgatum *Blandenone* vero nemo novit. *Nonis*, hoc est, accepi Nonis alteras *postridie* datas Laude.

3 Ita Gruterus et posteriores; ante illum *vel magna.*

4 Edd. Iens. Min. *quod;* Ald. Herv. *quae.*

5 Vulgo *his honoribus;* libri in utramque partem.

6 Amb. 16, Land. et ed. Ro. *ac fortasse.*

7 Libri ad unum omnes et scripti et excusi ante Gruterum *voluerint,* praeter Lamb.

8 Mss. et edd. vett. *si de nocte;* ex libris, quos in manibus habeo, primus Hervagius habet *multa.* Mox Lamb. *evigilassent*; quod necessarium non esse probat exemplis ex Orat. pro Mur. 22, ep. CCCLIII, et Plauti Most. II, 1, 36, allatis Malaspina, contra quem nec opinio Burmanni reponentis *evigilassent* (ad Svet. Aug. 78) valet.

9 Est ex ingenio Victorii, quum libri omnes habeant *tum equis, tum viris;* quod adagium etsi alias (ep. CDXLVII, et Off. III, 33) valet, huic loco tamen non convenire propter sequens *quadrigis poëticis* vidit Ernestius. Edd. Aldi, Herv. *tum equis tum velis.*

10 Nimirum de consulatu suo, aut de temporibus suis; cf. locum cum epist. CXLIV, 5; CLVIII, 3; CLIX, 6.

11 Caesar.

12 Amb. 17 et Land. *unus amor.*

13 H. e. qui ICtus alicuius numeri esset. Iocus Caesaris; vide Indicem v. *vadimonium.*

14 Novam hic epistolam ordiuntur Amb. 16, Land. et ed Iens. Immo Landius *A. Curtio.*

15 Consul.

16 Vt ad Caesarem scriberet. Dissidebat enim capitali odio cum Caesare Domitius. *Manut.*

17 Subaudio *dictum.*

18 Amb. 16, Land. et edd. Ro. Vict. *et in re publ.*, ut alias semper Cicero. Mox idem 16 *amicitiis;* Land. *inimicis.*

19 Parte auris extrema. *Molliorem,* hoc est remissiorem in inimicitiis.

20 Ep. CXLIX, 6 *Dictaturae odor*; ep. CLVIII, 3 dicitur *eius rumor iniucundus, eius auctor Hirrus.* Eam verbis recusabat Pompeius, re vera autem affectabat.

21 Reliquam vulgo huius epistolae partem vide in seq.

CXLI.

1 Haec epistola vulgo cum antecedente coniungitur; Manutius vero argumentis omni exceptione maioribus evincit, hic esse novae epistolae principium. Attamen ante verba *calamo et atramento* pauca quaedam verba interciderint necesse est. Nisi haec verba transposita sint, et principium epistolae sic constituendum: *Scribis te meas — tamquam bono. Nunc igitur calamo et atramento temperato charta etiam dentata res agetur. Verum attende* etc. *Schütz.*

2 Plinius H. N. XIII, 12 sect. 25: *Scabritia* chartae *laevigatur* dente *conchave*. Verba haec *calamo et atramento temperato, charta etiam dentata* Martorellius (Theca cal. I, 8, 8) et Erasmus (Adag. Chil. III, 6, 87) metaphorice interpretantur, nimirum de Cicerone acerbe et iracunde scribente, et temperantius ac moderantius imposterum scripturo. Id suadere videntur illa *Neque occupatus — neque iratus alicui.* Ego tamen sensu proprio cum Manutio accipio, quod et illa de atramento temperato, hoc est, non nimis tenaci et belle composito ad scribendum (Vitr. VII, 10; Plin. XXXVI, 5), sinunt, et id postulat, quod sequitur, *quicumque calamus in manus meas venerit.*

3 Amb. 17, edd. Iens. Ald. *scribis te*; quae verba principium versus constituunt in laudato Amb. Attamen non dici potest initium etiam epistolae constituere, quum et id occurrat frequenter praeter necessitatem, et sine

inscriptione haec et reliquae epistolae sint in hoc cod. Idem infra *quae tu putas.*

4 Vox *eadem* abest ab Amb. 16 et Land.

5 Potes emendare *quod petis;* Schütz maluit verba *de quo* omittere.

6 Edd. vett., praeter Ro., cum Lamb. *germane.*

7 H. e. celeriter venias, ut Manutius et Ernestius explicant. Schützii lectionem admisi, quae Ciceronianam dicendi formam facile reddit. Vulgo *utrum voles.* Corrupte etiam Land. *idem utrum vocales.* Mox Lamb. *ut dixerim,* quemadmodum primus corrigebat Manutius; melius tamen Schütz *dixeris,* ex iis, quae sequuntur, *ad id tempus, quod dixeras.* Tum *an* additur ab omnibus recentioribus auctore eodem Manutio; at varr. Ald. paullo infra illud collocant *an si causa;* inferius adhuc Lambinus *an commorere.* Libri scripti et excusi vett. *ut dixerimus ad expediendum te, si causa sit, commorere,* vel *commonere,* et Land. *commoveris.*

8 Ed. Ro. *autem tranquillum — et certe.*

9 A multis celebrata; ep. XLVIII, 1 extr. *Theatri significationes,* h. e. indicia benivolentiae, quae mihi in theatro significantur; ep. XXIX, XIV extr.: *Theatrum — est datum, — ut usque Romam significationes vocesque referantur.*

10 Mendosum locum omnes viderunt. Lamb. reperit in uno mss. *consentia,* et corrigebat *nostri inimici laborant, quod mira est consensio* etc.; edidit tamen *neque laborant, quod mira est conspiratio c. n.,* Schütz *nec laboramus conscientia;* Clericus modeste proponit legendum *nec laborem, quod mira consensio,* ut *laborem* sit positum ea forma, qua sup. *exspectem.* Alterutram ex primis emendationibus fortasse rescripsissem potius, quam ineptum vulgatum, nisi liber Landi

aliquid suppeditasset, quod primum acutioribus viris doctis proponere velim, *quod me conscientia*, scilicet *tenet*: quod recte novi copias nostras, et τῷ *laborant* subaudio *inimici nostri*, quin necesse sit has voces exprimere.

11 Puta, P. Clodii.

12 Sic Schütz; nihil melius. Vulgo *quod putas: magis etiam illa (etenim magis aestimo me)* ἀμφιλαφείαν. Amb. 16 *magis etiam illa aestimo me*, ἀ; Land. *magis etiam illa magni aestimo me* ἀ; quorum in altero *magis* est vitiosum pro *magni*, in altero *magis* abundat; in neutro vero, et ne in edd. quidem vett. ante Gruterum, reperias *etenim*, quod tamen et iampridem vulgatum est, et rei convenit. Lamb. *quod putas magis esse e re tua, etiam magni aestimo* ἀμφιλαφίαν; Tunstallus corrigebat *quod putas ne agas: etiam illud (etenim magni aestimare te)* ἀ. Mox pro *exspectationem* idem Tunstallus *expeditionem*, Schütz *explicationem* edidit; uterque bene. Nempe Cicero sperabat, utimur verbis Schützii, si Quintus diutius apud Caesarem maneret, futurum, ut mox ad amplas pecunias perveniret, quibus aes alienum dissolvere, et rei familiaris difficultates explicare posset.

13 Qui scilicet non magnifice et copiose vivimus. *Ernest.* Mox *ad explicandum*, passive dictum, pro quae explicentur, quae expediantur.

14 Intelligunt *Z* notam trientis; ita est, *fuit bessibus ex triente*, adeoque duplicatum; cf. epp. seq. 7. *Ernest.*

15 Locus manifesto vitiosus, cui medicinam afferre sine vetustissimis libris nemo fortasse poterit. Veterum librorum lectiones uno adspectu exhibebimus, ut VV. DD. sive tentatas aliorum emendationes aestimare valeant, sive quas ipsi tentare possint, videant. Amb. 16 *par, qui ne tantus fuit et ex coitione* (hic est parva lacuna sex litera-

rum ad summum) *Memmii est, quo cum Domitio hanc Scaurus unum vincere m Messala la flace et;* ed. Ro. *par idi qui ne tantus fuit Z et Z coitione Memmii est quo cum Domitio habeat Scaurus. Vnum vincere Messala fleret;* edd. Iens. Min. *par Quintanus fuit* (parva hic est lacuna) *Ennii quocum Domitio hanc Scaurus unum vincerem Messalam flacet* (ed. Min. *fleret*); Aldi *par, qui ne tantus fuit ex coitione Mennii, quam cum Domitio habuit Scaurus unum vincere Messalam fleret.* Hic locus ab Amb. 17 abest; in Landio autem ita est vitiosus, ut nullum praebeat subsidium. Lambinus illa ex vulgata *Scaurus unum vincere* mutavit in *Scaurus vult vincere;* Schütz sic locum constituit: *quam cum Domitio fecit, Scaurum ut vinceret.* Mox *flaccet* explicatur ep. seq. 7 *languet.*

16 Amb. 16, edd. Ro. Min. Vict. Herv. ὑπερβολάς.

17 Tentaverat Ernestius *in praerogativam;* sed quia in ep. DCLXXX (ad Att. XIV, 1) est *in tribu pronuntiare,* nihil mutavit. Atqui ad Att. XIV, 1, nihil est huiusmodi; ad Att. vero I, 16 (nobis ep. XXI, 7) ipsemet *in tribus pronuntiavit* rescripsit post Iensonum, Minutianum et Ascensium. *In praerogativa,* scil. in tribum praerogativam promittunt pecuniam se distributuros.

18 Hoc anno praetorem et quaesitorem de ambitu. *Schütz.* Numerus sestertiorum, quos apud eum deposuerunt, valde variat, immo plerumque corruptus est in mss. Amb. 16 et ed. Iens. Min. *Hsque*, ab ed. Ro. numerus abest; Ald. *cccc.* Victorius, qui singulariam literam *q* in suo veteri libro repererat, interpretatus est *quingenis*, idque rescripsit.

19 Valuerit ad ambitum coërcendum. Lamb. et Schütz *Cato potuerit;* quod et iam Faërno visum est, ut Schütz affirmat, et ep. sequens 7 exhibet; sed et *fuerit* ferri potest.

CXLII.

1 Vel excidit *et: et novo nomine;* vel, ut putat Ernestius, *tuo.* Vetus praenomen Pomponii erat *Titus*, novum nomen, quod scilicet post hereditatem avunculi sibi fecerat (ep. LXXV, 1), *Caecilius.*

2 Venuste, e praenomine meo, et nomine tuo, *Ernest.*

3 Intelligitur Atticus in gratiam potissimum Ciceronis manumisisse Eutychidem. Mox provocabulum *et* addidit Bosius ex Dec. Lambinus *etiam suam*, auctore Malasp. *In meo dolore*, in mei exsilii calamitate.

4 Pronomen *tibi* abest ab edd. Iens. Min. Ald. Sed Ernestio visum est frigere superius *tuum.*

5 Ita libri nostri, excepta ed. Romana, quae legit *a tantis et hominibus* etc. Graevius et Oliv. *longe a tuis et h.* Clericus omisit *et suavissimis*, quod a nonnullis edd. abesse testatur Ernestius, qui sic locum constituebat: *a tot tuis et hominibus carissimis, et rebus suavissimis;* id Schütz recepit.

6 Land. *reditus celeritate.*

7 Lamb. *Ne te l. s.* Vulgatum est a Dec. Bosii, ut et seq. *rhetor*, pro vulgato olim *praetor;* intelligitur enim *Sex. Clodius* rhetor, de quo Phil. II, 17.

8 Libri vett. cusi *pitaneis, pituaniis.* At Land. et edd. Ro. et Vict. *Pituanios*, antiqua terminatione *os* pro *us.* Bosius coniiciebat *D. Turanius;* Lamb. edidit *L. Antonius.* Sed et *Pituanius* est nomen Romanum a Tacito memoratum inter Mathematicos Magosque (Ann. II, 32), ut observat Popma.

9 Sic Ball. et Helmst. apud Graev. et edd. vett. Vulgo *cum illis tamen, cum*, quod primus dedit Victorius, desertus statim a Lambino.

10 Et hoc correctum a Victorio. Edd. vett. ἡμεϱολόγειον.

11 Amb. 16 *perscripsi.*

12 Vox *quidem* recte abest ab edd. Aldi et Lamb. Mox pro *fere* Land. et edd. Ro. Iens. Min. Ald. *forte.*

13 Postulati fuerant, ut videtur, de vi post eorum tribunatum biennio ante gestum.

14 Vocem *Procilius* confirmat Vrsinus ex denariis antiquis; non *Porcilius*, ut quidam libri habent. Tum ed. Ro. *commendatus;* liber Vict. *commendatur.* Sequentia non satis intelligi possunt, ut vidit Ernestius, quia historiam ignoramus. Similiter et in seqq. *verita est enim pusilla* nihil certi est.

15 Malaspina ex lib. Antoniano Faërnino expungit verbum *debemus;* Schütz vero coniicit mutandum *occidere* in *occidi*, hoc sensu: Si iusti iudices (inter sicarios) esse volumus, debemus patrem familias domi suae occidí nolle; neque tamen abunde id ipsum nolle debemus. *Nam in hoc iudicio, quo Procilius condemnatus est*, absolverunt XXII, condemnarunt XXVIII. Addit *domi suae*, quia, ut explanat Malaspina, gravissimum est patrem familias occidere: sed domi suae occidere, prorsus inexpiabile.

16 Clodius, qui accusator descenderat.

17 Edd. vett. *commoverat.*

18 Scil. disertissimus; sed alii aliter.

19 In hoc verborum ambitu suspicor latere mendum; et forte locus ita corrigendus: *Verita est enim filia, quae nunc laborat, ne animum Publii offenderem*: vel *ne animus Publii offenderetur;* ut eum Tulliola rogaverit, ne Procilium defenderet contra P. Clodii accusationem: verita scilicet, ne Clodius ex facto gravius irritaretur. *Manut.* Libri omnes *veritas e. e. p.* Tum eaedem omnes usque ad Vict. *ne animum Publio offenderet;* Manutii corre-

ctionem primam, *ne animum Publii offenderem*, Lambinus expressit. Bosius ex Decurt. *animi in Publio offenderet;* quam lectionem ipse postea mutavit in *offenderer*, quomodo vulgo receptum est. *Offendi animi* ita dicitur, ut *angi animi*, *discruciari animi*.

20 Huius quaestionis causam ipse Cicero, ni fallor, aperit illis verbis, quae sequuntur: *quod Velinus lacus interciso monte in Narem defluit.* Aqua lacus Velini ea natura est, ut saxum augeat, quacumque defluat, sibique met ostium intercludat. Id iam Plinius sensit, qui H. N. II, c. 106 scribit: *In lacu Velino lignum deiectum lapideo cortice obducitur. In exitu paludis Reatinae saxum crescit.* Quum itaque alveus a M' Curio Dentato A. V. C. CDLXIII patefactus saxo crescente paullatim obstrueretur, lacusque Velinus ita excresceret, ut Reatinam vallem iam impleturus videretur, id egisse videntur Reatini, ut alveo Curiano refecto, interciso iterum monte, Velinum lacum copiosius, quam antea in Narem emitterent. Suppositi Interamnates, timentes ne Nar aquis Velini auctus in suos campos erumperet, causam de damno infecto apud consulem dicebant, aut etiam de Velino non emittendo; vel rectius, flumine iam emisso, actionem de damno contracto intendebant. Hanc coniecturam confirmant multae, quae deinceps ortae sunt, controversiae de hac re inter utrumque populum, quasque videre est in diligenti opere *Ricerche istoriche e fisiche sulla caduta delle Marmore, di Giuseppe Riccardi. Roma*, 1825, *in* 8.

21 Appium Claudium Pulchrum. De hac Reatina causa Varro R. R. III, 2, et Tacit. Ann. I, 79. *Manut.* Qui tamen de Velino amne potius, quam de hac causa loquuntur. *A M.'* correxit Bosius; olim *a M.*

22 De excelsissimis praeruptissimisque cautibus, quae vulgo

caduta delle Marmore dicitur, ad Orientem, Quinto ab Interamna lapide. *Narem* legendum censuit Cluverius Ital. Ant. II, 8, et Graevius, quod semper apud alios scriptores virili genere *Nar* occurrat. Libri omnes *in Nar.* Quae sequuntur *et humida tamen* vereor, ne insititia sint. Si sunt Ciceronis, legerim cum Man. et Lamb. *illa quidem siccata, sed humida t.*, a quo vel minimum distant Iens. et Min. *illa siccata sed humida quandoque m. Rosea*, quod rore humida essent, Varroni R. R. 1, 17 extr., Festo et Virg. Æn. VII, 12:

Rosea rura Velini

23 Vict. *villa siccata*, quem errorem in novissima editione correxit. *Illa*, intelligitur *Rosea.*

24 Vict. *Rosiae vixi*, contra libros, et sine necessitate. *Vixi*, scilicet iucunde fui apud Axium. Sic. ep. DCCIV, 3: *cum Pansa vixi in Pompeiano. Axio*, senatore, quem villam habuisse in agro Rosiano testatur Varro R. R. III, 2. Mox Lamb. *qui etiam*, etc. *Ad septem Aquas*, hanc villam *Holsteinius* ait fuisse ad intimum recessum Velini lacus Pedeluco Reate pergentibus, ad dexteram, haud procul a colle, quem *Corigliano* vocant, eamque villam rusticam fuisse non magni momenti. *Graevius.* Vbi nunc rudera *di S. Nicolò* visuntur, affirmat Chauppy, propter pontem, qui dicitur *Grispoldi;* Découverte de la maison d'Horace tom. III, p. 111. Sed iuvat hic describere, quae laudatus Riccardi habet § 22: « Dopo questa esatta « descrizione (nimirum hunc ipsum Ciceronis locum) « non può dubitarsi del luogo. Il terreno rimasto umido « in quel tempo è lo spazio circoscritto attualmente dal « lagó di Ripasottile, il fiume Velino, e l'intero corso « dell'Arone, chiamato fin da quel tempo *Rosea*, ora « *Roscie*, possessione del conte Mariano Vincentini. —

« Noi scorgiamo nel sito detto *le grotte di S. Nicola* « l'antica villa di Azio per la serra dentata, ed i resti « di magnifici edificii, i quali nella loro rovina presen- « tano grandiosi avanzi dell' opulenza romana. È certo « che le *Sette Acque*, delle quali parla l'Oratore, sono « le sorgenti del fiume *S. Susanna* ».

25 Fortasse *Pomtinii*, qui tunc volebat triumphare, ep. CXLIX, 6, et Cicero illi volebat adesse; ep. CLIII, 4. *Corrad.*

26 Amb. 16, Land. et ed. Ro. *veni spectaculum*; Iens. Min. *venerunt s.*

27 Excidisse *dedi* recte putat Corradus.

28 Victoriae praemium in servis histrionibus erat manumissio. Sed Antipho prius manumissus hic dicitur, quam productus in scenam, non quod revera fuerit, sed quia id certum iam ante habebatur.

29 Hoc praecedentibus non consentire, quae omnia ad contemtum pertinent, viderunt VV. DD. Malaspina corrigit *vietum*, h. e. languidum; Bosius et Grut. ἀποσιώπησιν hic esse putant *nihil tam... Verum haec;* quod non displicet; alii nihil moventes, referunt *pusillum* et *sine voce* ad personas, quas histrio gerebat in scena, *verum* ad ipsum Antiphontem, ut personas, quas in scena sustineret, non recte imitaretur, et potius se ipsum proderet.

30 Sic Amb. 16, Land. (nisi quod hic *astra*); libri Bosii *astyanam*, ex quo *Astya nam* et ipse faciebat, probantibus postea Popma et Schützio. Hic tamen, *maior fuit Astya.* Astya, nomen mimae, aut histrionicae, ut et Arbuscula, de qua statim. Vulgo *m. f. quam Astyanax. In*; vett. edd. *Astianacte. In ceteris*, scilicet personis, Italis *parti*, Gallis *rôles.*

31 Apollinares. *Venatio*, quam vide in ep. CXXVI.

32 Scil. quia candidati pecuniam quaerebant ad emenda suffragia. *Schütz.*

33 Iocus in Atticum negotiatorem et feneratorem, qui inde lucrari poterat. *Ernest.* Mox *o virum, o civem,* ironia.

34 Cn. Domitium Calvinum, qui consul factus est A. V. C. DCC. *Schütz.* Male libri nostri *cos.* vel *consulem.*

35 Hanc tamen pactionem aperte describit infra ep. CLVII, 2. *Schütz.*

36 Qui Muciae a Pompeio dimissae nupserat, sororemque Æmiliam illi collocarat. *Fronte, an mente,* quia aliud sentit, aliud loquitur.

37 Edd. vett. cum Vict. ἐξοχὴ *nulla est.* Vtrumque rectum. *In nullo,* candidatorum.

38 Lamb. *non quod.* Edd. Iens. Min. Ald. *amicis careat,* a Vict. explosum. Infra statim Amb. 16 *Pompeius absens est ex comitiis,* ut Bessarionis liber apud Grut.

39 Vulgatum hoc constituit Victorius, nisi quod pro *ea* legit *sed.* Libri vett. *ex comitiatis.* Comitia haec revera in mensem Septembrem dilata fuerunt; ep. CXLIV, 3.

40 Lamb. *quinquagena,* hoc est *quinquaginta millia* sestertium singuli deposuerunt; quam summam Corradus nec maiorem esse, quam ab hominibus plebeis deponi potuerit, et cum summa Plutarchi scribentis παραβαλέσθαι δραχμῶν ἕκαστον ἀργυρίου δέκα δύο ἥμισυ μυριάδας, melius convenire affirmat, quam *si quingena,* quingentena interpreteris. Neque lectio superioris epistolae circa fin., ubi legitur *quingenis,* satis firma est. In fine membri Amb. 16 et ed. Iens. *tribuerentur.*

41 De ambitu scil. accusatus, item et ceteri, qui postea nominantur. *Schütz.*

42 A propinquis, ut opinor, aut ab amicis. Nam iudicii causa neminem de legatione in urbem revocari licebat. *Manut.* Amb. 16 et edd. vett. *de legatione.*

43 Victorii antiquus *legerat*, quemadmodum et edd. vett., quod Victorius defendit, desertus tamen a VV. DD.

44 Hoc anno praetor. *Adesset*, non, ut revocaretur a legatione, sed ut se sisteret ad causam dicendam. *Tribus habet*, nimirum sibi faventes, quae eum laudent.

45 H. e. vehementer laboratur, magnis conflictamur difficultatibus vincendi; vide Indicem.

46 Indices sunt tituli orationum, ut *pro T. Annio Milone*, *pro M. Marcello*. Quia vero clarissimos viros defensurus erat, iccirco ait suis orationibus *indices gloriosos* parari. *Bosius*.

47 H. e. inter reos numerabuntur. Consules autem designati in annum proximum adhuc non erant, sed ex quatuor candidatis septimo tandem sequentis anni mense post magnas contentiones, magnosque ambitus, C. Memmio et M. Scauro repulsis, facti sunt Cn. Domitius Calvinus et M. Messala. Id patet non solum ex epp. CXLVI, 3, et CXLIX, 3, sed etiam ex verbis illis: *in quibus si Scaurus non fuerit;* quibus verbis ostendit Cicero, se nescire utrum Scaurus inter coss. designatos numerabitur. Itaque *consules designati* est quicumque tandem consules designabuntur ex candidatis, qui rei ambitus omnes sunt.

48 Cum Caesare; ep. CXXXVII, Caesar B. Gall. IV, 23.

49 Amb. 16, Land. et edd. vett. *ut te hortetur quamprimum* (vel *ut quamprimum*) *venias*.

CXLIII.

1 Vict. *Tandiu*. Mox *quid agas*, in Gallia.

2 Ambb. omnes et edd. vett. cum Vict. *quod.*

3 Victorius, Gebhar. et Graev. *propter eius * nihil*, mendi notam apponentes; suspicati legendum esse *propter eius luctum*, tum quia *occupationes* Caesaris non satis cau-

sae esse arbitrabantur, quae Ciceronem a scribendo retraherent, quum Ciceronis literis mirifice delectaretur Caesar, et Iulia Pompeio nupta hoc tempore mortua erat (ep. CXLVI extr.), tum quia in nullis paullo antiquioribus libris reperiatur verbum *occupationes*. Atqui *occupationes* Caesaris paullo supra meminit ep. CXXXIX, et infra ep. CXLV, 1, propter quas Trebatius maiorem in modum Caesari commendatus nondum familiaris esse potuit, et omnes Ambb. et edd. vett. habent; qui libri apud me in huiusmodi argumentis, ut aiunt, negativis, satis auctoritatis habent.

4 Sic Ambb. plerique, Rec. et edd. Med. Min. Man. etc., concinnius, quam vulgo *tu deesse tibi;* in reliquis verba *tu tibi* absunt.

5 Vulgo *Battara;* libri *baltera*, *baltrera*, *bactara*, et nescio quid aliud simile; ignota nomina. Bene ed. Ro. *Bacerra*, *b* pro *v* posito, propter literarum consonantiam, et Hervagius, Manut. *Vacerra*, quod Schützius recepit; *Vacerram* vide ad ep. CXXXIX.

6 Notat hominis ignobilitatem, et *summo genere natus* ironia est. Sic correxit Ernestius vulgatum *quidem tuus;* et *quidam* habet Amb. 12, *est* autem Amb. 15 et edd. Ro. et Hervagiana. Vitiose infra Amb. 14 *lerae filius,* Zel. B et edd. vett. *Zerae f.*

7 Zel. B *invitavit.*

8 Ad cenam.

CXLIV.

1 Lamb. *nec paullum o.*

2 Sic Amb. 16, Land. et omnes edd. usque ad Vict.; manifesta sententia: si ipse non scribit, id causae est, quod ne paullum quidem otii habet, h. e. nullum, si scribit, paullum. Vulgo iam inde ab Herv. *nullum*, sine sen-

su; Schütz rescripsit *nonnullum*, quod idem est ac *paullum*.

3 Ep. CXL, 1 extr. dixerat *ut iste me rogat*; et CXLVI, 5 *Caesaris mandata de mea mansione Romae*, et ex illis, quae sequuntur, *aut spei aut cogitationi vestrae videar defuisse* videtur colligi posse Caesarem et Quintum fratrem a Marco impetrasse, ut hic Romae maneret, et causis forensibus vacaret. Edd. Lamb. Vict. *perscribis.*

4 Amb. 16, Land. et edd. vett. *si id d.*

5 Quia sunt Pompeio addicti. Hinc, quod sequitur, *in hanc partem*, intellige *Caesaris.*

6 E correctione Manutii. Libri ante eum *vehementer excolamur.*

7 Eorum, qui in senatu mecum sentiant.

8 Libri nostri cum edd. usque ad Lamb. *aerarii.* Luculentus locus, ut et ille epistolae CIV, 4, ex quo colligitur, tres ordines in re publ. iudicia exercuisse. Sed et ratio numerandarum sententiarum notanda. Omnium ordinum, inquit Manutius, sententiae numerabantur, et ex maiore parte vel absolvebatur, vel condemnabatur reus; ordinum ipsorum ratio non habebatur. Poterat enim usu venire, ut quis a duobus ordinibus condemnatus, ex universo tamen sententiarum numero absolveretur. Haec capitum, non ordinum habita ratio in sententiis numerandis, potissimum hac nostra aetate in causa fuit, ut florentissimi regni opes anno Christi MDCCLXXXIX pessum irent, vel ut saltem eius regni orbis maiore cum sonitu converteretur.

9 Accusatum a Licinio Calvo de ambitu, quod praetoria comitia corrupisset. Quint. VI, 1, 13 *Egregie inquit in Vatinium* Calvus: Factum ambitum scitis omnes. Cf. ep. CXLVIII, 5. Tum Schütz, auctore Ernestio, *eram defensurus*, quod iam Lambinus rescripserat.

10 De quo iam ep. CXLII, 7; et iterum ep. CXLVI, 5. De repetundis in petitione consulatus a Sardis, quos pro praetore anno superiore administraverat, accusatus erat Scaurus.

11 Alluditur ad satyricam Sophoclis fabulam Σύνδειπνοι. Sed res ipsa obscura: Manutius tamen coniecit, rem quamdam actam esse apud Caesarem in convivio, cui Quintus aliique interfuerint, qua in re Cicero neget se ceterorum convivarum sententiam probare, Quintum vero prudenter se gessisse concedat. *Schütz.*

12 Latinam interpretationem pro verbis graecis habent Amb. 16, Land. et edd. usque ad Vict. *noctuam Athenas.* Adagium, quod noster Ariostus amplificavit in Orlando Fur. c. 140, st. 1:

Portar, come si dice, a Samo vasi,
Nottole a Atene, e crocodili a Egitto.

13 Significare videtur vel poëma de consulatu suo, vel librum de temporibus suis. *Schütz. Caesar*, supple *iudicavit.* Mox provocabulum *nam* abest ab Aldo, Herv. Lamb.

CXLV.

1 Ed. Min. *valde iurisconsultum*, h. e. meliorem ICtum, quam militem. *Valde* abest ab Amb. 3.

2 Ambb. 2, 6, 15, Zel. B et edd. vett., quas in manibus habeo, *videare.* Sed et vulgatum *viderere* aptum est, si non a *gaudeas*, sed a *venisse* dicamus pendere.

3 Minus recte Ambb. et edd. vett. *accersitum.* Amb. 6 *etiam te acc.*, et ed. Minut. *te esse acc.* Mox edd. vett. *eius superbiam.*

4 Amb. 7 *non mihi.* In Ambb. 6, 15 et Zel. B abest *mihi.*

5 Metaphorice, ut et illa, quae sequuntur *camino luculento*, etc. Metuo scilicet, ne te otiosum Caesar detineat. Tibi autem multis praeliis opus esse arbitror, ut fructibus provinciae ditescas.

6 ICtis, quos festive in re non sua testes adhibet. Non nominat Vacerram, quod eum in ep. CXLIII, 1 mortuum dixit; id et Mongaltius vidit, qui et in *placebat*, solemni ICtis verbo, iocum videbat. Nihil enim frequentius in eorum libris occurrit, quam *ita Labeoni et Nervae placet; ita Servio, Labeoni, Sabino placuit.* Vide Manutium. Edd. omnes vett. *et Mucio et Manilio*, quod Ciceroni est tralaticium. *Mucio*, nempe, Scaevolae.

7 Et hic notatur inscitia (ut et supra verbo *peritior* εἰρωνικῶς): quasi non optime Trebatius caveret iis, quorum esset advocatus. *Manut.*

8 Adeo delectaris theatralibus ludis, ut ne andabatas quidem, in quibus minimum est delectationis, defraudare possumus. *Andabatam* accusativo casu vindicavit Ciceroni Clericus ex illo Varronis apud Non. I, 95 *aes fraudasse cauponem*, contra Gebhardum, qui legendum censebat *andabata. Andabata* est e graeco ἀναβάτης, interposito *d*, id est *adscensor*, quia in equis pugnabant andabatae, galea frontem oculosque tecti, ut explanat Graevius. Hinc proverbium apud Erasmum, Chil. II, 3, Adag. 33, *Andabatarum more pugnare* de illis, qui litigant de re quam non intelligunt. Verbum occurrit apud D. Hieron. adversus Helvid. c. 5, et Iovinianum I, 21 (Oper. T. II, p. 210 et 294 ed. Veronae 1735). Vna ed. Iensoni *anabatam.*

9 Hoc, quod est in Amb. 2, Zel. B et ed. Ro. praetuli vulgato *his literis*. Et Mox Zel. B et edd. vett. *hominem esse.*

10 Edd. Ro. Med. *solatium esse.* Mox duo Ambb. *possum*

pati; et Rec. cum ed. Minut. infra *id esse emolumento,* et in seq. sententia idem cum ed. Iens. *si autem.*

11 Amb. 12 *secura.* Infra nostri aliquot *plus erit.*

12 Nempe tum in Aeduis cum Caesare erat. Ait, si maxime Aedui se fratres, fideles socios, ut olim propter quod fratres appellati sunt, praestarent; tamen melior esset tua commoratio apud nos: quanto magis nunc, quum se hostes praebent. *Ernest. Fratres* vide ad ep. XXIV, 2.

13 Versiculo utitur Terentiano Heaut. I, 1, 34. *Schütz.*

CXLVI.

1 Fibreni. Mox *ludorum*, Romanorum, qui pridie Nonas Sept. celebrabantur; de Orat. I, 7.

2 Vt eis meo nomine ad spectandos ludos locum daret. Moris enim erat, ut amicis et tribulibus, atque etiam clientibus (ep. XXVI, 4) et in circo et in foro locus ad spectandum daretur. *Manut.*

3 Nostri ad unum tum scripti tum excusi *Maniliano* cum Pall. apud Grut. Gulielmius corrigebat *in Antiano.* Mox *Diphilum Diphilo tardiorem,* nimirum solito tardiorem.

4 Scil. exstruendum.

5 Land. et ed. Aldi *pavimenta — habeat,* vel *habebant.*

6 Amb. 16 *perpolitae.*

7 Nihil necesse coniicere cum Manutio *continuum.*

8 Libri scripti nostri et edd. vett. *cameras. Camara* scribendum affirmant Charisius, p. 43, ex Verrio Flacco, et Burm. ad Petronium c. 30, nimirum, ut Graeci καμάρα; *camera* tamen habent Lucretius, Vitruvius VII, 3, et Plinius N. H. pluribus in locis.

9 Scilicet porticus.

10 Vulgo corrupte: *Nunc hoc vel honestate testudinis, vel*

valde boni aestivum locum obtinebit. E correctione nostra aptissimus exit sensus: *Nunc haec* (porticus) *vel ipsa honestate* (ampla specie et altitudine) *testudinis, valde boni aestivi* (cubiculi) *l. o.* Sic Plin. epist. II, 17 cubiculum dicitur altitudine *aestivum.* Manutius corrigendum censuit: *Nunc hoc vel in aestate testudinis, vel hieme aestivum locum obtinebit;* Lambinus vero sic: *nunc hoc vel hieme testudinis, vel aestate valde boni aestivi locum obtinebit.* Schütz. Sed vox *honestate* non est mutanda; ea Cicero utitur infra § 7: *id non honeste vergit in tectum.*

11 Schneiderus (ad Vitruvium V, 10), quae hic Cicero *assa* balnea vocat, eadem esse putat, quae Vitruvio *caldaria* dicuntur, hoc est sudatoria (*stufe*), ubi nimirum asso, h. e., solo calore sudor provocatur, non adhibita aqua: *vaporarium* vero, quod Vitruvius *hypocaustum* dicit, hoc est fornax (*fornello*). Seneca ep. 51: *Quid cum sudatoriis? In quae siccus vapor corpora exhausturus includitur.*

12 Verba uncis inclusa glossema putat Vrsinus; deleverunt Scaliger ad Cat. epig. 6, et Schütz. Idem Scaliger et eodem loco sequentia sic corrigebat: *esset subiectum cubiculi suggrundae: cubiculum*, etc. Vulgatum *cubiculis* debetur mss. Turnebi, quibus Pal. 2 apud Grut. et edd. Ro. Min. aliaeque consentiunt: ante Turnebum *cubiculi.* Vulgatum *subgrande* dictum est pro *aestivum.* Ernestius tamen adhuc proponit legendum *aestivum* pro *autem.*

13 Quem tibi a me emtum proximis nuntiis significaveram. *Manut.* Malim *Proximis nundinis.* Proximum numerum sestertiorum rescripsit Victorius e suo antiquo hoc modo *cccıↄↄↄ* ∞ , sed extremum ∞ nunc omittitur; legitur enim *centum millibus*, quin hac nota opus sit. Ante Victorium *HS. cccc.*

14 Aquis. *Manut.* Mox *viridicata* insolens verbum; Turneb. (Advers. XXIV, 39) corrigebat *vindicata*, h. e. purgata, ut amoenitatem habeat. In utramque partem trahi potest, quod Amb. 16, Pall. apud Grut. legunt *viridicata.*

15 Fundum ignobilem in Agro Arpinati. Mss. et edd. fere omnes *Bombilianum, Bobillianum*, et *Bovilianum.* Mox *retinere* est ex ingeniosa Victorii correctione; libri omnes *resinere.*

16 Scilicet, utendi quoties tu vis, ea aqua, ut explicat Ernestius. *Constituto — imposita*, nimirum in venditione fundi. *Pretium servare posse*, h. e. si in venditione fundi aquam exciperemus, iusque ea utendi nobis servaremus, posse nos habere idem pretium, quo villa nobis stetit, si vendere vellemus.

17 Ternos nummos in singulos pedes alvei ad deducendam aquam faciendi a te accipiendo. Land. *trinis nummis.*

18 Quatuor mille. Amb. 16 *III id*, Land. *trium. diis*, ed. Ro. *trium dias*, antiquus Victorii III *ibus*, ex quo legebat III *millibus.* Vulgatum est partim ex ingenio Gruteri, partim ex Pall. legentibus *vidus*, aut *iudus.*

19 Amb. 16, ed. Ro. *arcessieram*, quod Clericus expressit; Vict. *arcessiveram.*

20 Scil. templum; Nat. D. III, 18, et in Indice.

21 *Locustae — Varronis*, supple fundum.

22 Aut hoc nomen corruptum est, et *Varro* reponendum, aut antea pro *Varronis* scribendum *Veluini.* Schütz. Mox Ernestius corrigebat *probe munierat. Munierat*, viam straverat.

23 Nondum coeperat munire.

24 Sic cum vulgo editio Ro. In Land. numerus abest; duo Pall. apud Grut. et ed. Iens. *CCCXVI*, ed. Min. *CCCCXVI*, Lamb. *XVI CIↃ.* Sed quum aedificium quale fuerit non

cognoscatur, neque impensa ad id faciendum cognosci potest.

25 Ernestius coniecit, et Schütz recepit *constitueras*.

26 *Philosopha* rectissime Faërnus, et *convestivit* paullo post. *Vrsinus*. Vulgo *philosophia* — *convestit*.

27 Opus ex hedera. *Manut*. De homine horti cultore, qui nimirum topiariam faceret, accipiunt interpp. *Topia* etiam nunc vocant villici nostri *un pergolato*. Mox *convestivit* habent Amb. 16, Land. et edd. usque ad Vict., reposuitque Clericus. Vulgo *convestit*.

28 Opinor designari Thermas graecorum, et doctorum praecipue virorum, quorum imagines palliatae (habitu nimirum graeco) erant in villis, ut ex eorum reliquiis, quae supersunt, coniici potest. *Vrsinus*.

29 Nimirum Philotimus. Malim tamen hoc loco *urgent illi quidem*, ut intelligantur ambo et Philotimus Terentiae libertus, et Cincius Attici procurator. Aliquibus placet *illam q*.

30 Lamb. *Arpinate*. Vtrumque rectum esse vidit Malaspina ex locis *Aletrinate* pro Cluent. 16, *Fulginate* pro Vareno in fragm. et Prisc. VII.

31 Scilicet, *attinet*. *Pomponiam*, Quinti Ciceronis uxorem.

32 Ita necessario scribendum erat, non ut vulgo *otiosum*. Cicero ait: mirabiles a te plausus feram, quum otiosus filium tuum mecum habuero, tuque quantum ex institutione mea profecerit intellexeris. *Schütz*. Adde quod seq. *Romae respirandi non est locus* non de alio, quam de ipso Marco Romae occupatissimo intelligi possunt, cui bene opponitur *otiosus;* et sic iam ante Schützium correxerat Lambinus.

33 Amb. 16, edd. Ro. Vict. *mihi abs te*. *Mercede*, quam nemo scire potest.

34 H. e. ad ea, quae pluribus epistolis scripsisti. *Literas*

latiore sensu, nimirum ad significandum libros, orationes, scripta, adhibuit Cicero in ep. XIX, 4. Hic proprie significat animi sensa, quae pluribus chartis commisit Quintus.

35 Vox *literis* abest a Land.

36 Vetustae edd. ante Lamb. et mss. hic et infra *Appius*; sed infra Landius recte *Oppio dixi*. Res est de Oppio Caesaris familiarissimo, ut quamplurimae nostri epistolae testantur.

37 Fovendo, etiamsi Caesarem colit; ep. CXL, 1.

38 Videtur aliquid excidisse, puta: *tametsi summo m. dolore hoc fit.*

39 Vulgo *Hippodamis*, quod Manutius, aliique de equorum domitoribus acceperunt; melius Schütz nomen proprium esse affirmat, quod et infra § 9 occurrit, reponitque *Hippodamo*. Land. *hyppodoniis*, et infra *ypodanium*, etc.

40 *Isto* pro *istuc*, scil. istis Hippodamis (Hippodamo) et ceteris. *Ernest.*

41 Si Trebatio minus satisfecit Caesar. *Tislinus.* Mox *libero*, a Trebatio fovendo.

42 Caium, Caii F., legatum Caesaris in Gallia.

43 Vid. ad ep. CXL, 2. Tribunatum fortasse Trebonio petere volebat Quintus a Caesare. Mox mss. et edd. vett. *perscripsit.*

44 Optime sic emendavit Lambinus; idem placuit Ernestio. *Mihi molesti sunt*, scilicet petendo commendationem meam ad Caesarem, ut ab eo aliquid impetrent. *Schütz.* Vulgo *sibi molesti sunt.* In ed. tamen principe 1566 Lambinus utrumque omisit et *mihi* et *sibi.*

45 Supra, Lamb. *nunc ad minusculam*, etc. *Veniam non dedit*, h. e. tibi non concessit. Indignatus Caesar, quod Clodius, quas a se literas accepisset, in concione, ad

ostentationem amoris erga ipsum Caesaris recitasset (pro Dom. 9), statuerat, se nullas umquam literas illi furiae missurum.

46 Lucium Pisonem Caesoninum intelligit, cui ab avo materno cognomen *Calventius* fuit. Iocose autem eum *Marium* appellat, respiciens ad locum orat. in Pisonem c. 9, ubi eum cum C. Mario comparat. *Schütz.* Hinc nihil opus cum Lamb. corrigere *Calveni Matii.* Mox *oratione*, nimirum a Pisone scripta, sed non habita, ut opinatur Schütz.

47 Sic bene corrigebat Faërnus et Malasp. probante Ernestio, et rescripserunt Lambinus et Schütz. Vestigia huius lectionis sunt in ed. Ro. *ea in re s.*, aperte vero Landius habet *ad eam*, scil. orationem.

48 Orationem in Pisonem, quae exstat. *Schütz.*

49 De re publ. Minus recte Amb. 16, 17, Land. edd. Ro. Vict. *meos omnes.*

50 Pro Scauro; vide inter fragm., pro Plancio, suo loco.

51 Vnus Land. *poëmata;* minus bene; intelligitur poëma, de quo ep. CLIX, 6. Mox Ambb. 16, 17, Land. cum Lambino *institueram*, quod melius sequenti *incidi* convenit.

52 Quoniam tu, qui ipse poëta es, carmen desideras ab alio. *Ernest.*

53 Bene nummatum.

54 Ed. Ro. *iucundum est.* Amb. 16, Land. et ed. Vict. *iucundum*, sine *erit;* rectius.

55 Ad ambiendum, ad ineundam gratiam populi. *Laborem*, forensem.

56 Nimirum, iucunde; h. e. quando cessabimus.

57 Tragoediam a Quinto compositam, et Oppio, ut iudicium eius de ea eliceret, missam; cf ep. CLIX, 7.

58 Coniungitur cum sup. *nihil novi praeter Erigonam*, et

praeter id, *quod praeterii*. Mox *de eo*, ignoratur qui fuerit, ut et causa plausus Miloni dati, nisi fuerit propter eius perpetuam in Clodium oppositionem.

59 Amb. 16, Land. edd. Ro. et Vict. *etiam mihi est.*

60 De operibus, puto, loquitur et inscriptionibus illis, de quibus in ep. CXX, 2. *Manut.*

61 Vt emam. *Manut.* Amb. 16, Land. edd. Ro. et Vict. *me quod a.*

62 Sic tacite Schütz; vulgo *id non*. Mox ed. Ro. *vertit. Honeste vergit*, quod tectum conclaviorum habeat unum tantum fastigium.

63 Quintus Quinti filius. *Noster* pertinet ad modum blandiendi, quia hic tunc erat cum patruo Marco; cf. ad ep. CXXXVIII. Mox *absum* habent omnes neotericae edd., et sic videtur esse legendum, tum quia supra Cicero dicitur Romam ivisse, tum quia id convenit seqq. *apud rhetorem*. Libri tamen omnes paullo antiquiores, etiam scripti, *adsum*. Quinti filius ingenio ita promtus erat, ut frenis etiam egeret, ut legitur in ep. CCLII, 9.

64 Nimirum, accusatorum. Mox Lamb. *iam eum de m.*

65 De hoc Gabinii reditu ad urbem videnda orat. in Pison. 22, 23.

66 Quod M. Cato, praetor, apud quem causae de repetundis hoc anno dicebantur, aegrotabat, Gabinius postulari non potuit.

67 Cum Gabinio. *Nec — proficiet*, immo profecit; pro Rab. Post. c. 8. Divum Hieronymum (Apol. adv. Rufinum) orationis Tullianae pro Gabinio fragmentum nobis conservasse indicavit I. V. Clericus. Ed. Ro. *perfecit — perficiet.*

68 Ad epp. CXLI et CXLII, 7.

69 Candidatus consularis patricius; ep. CXLII, 7. Infra *Memmio*, candidato consulari plebeio.

70 Qui et ipse consularis candidatus erat.

71 Notat Morcellius (Dello scrivere degli Antichi), errare eos cum Martorellio (de Theca cal. parerg. c. 4), qui affirmant, veterum epistolas fuisse in teretem formam convolutas. Nam praeter quam quod non est haec vis verbi *complicare*, quo et hic, et iterum in ep. CDXLI utitur Cicero, ait repertam fuisse paucis abhinc annis in antiquo sepulchro apud Falarienses in dioecesi Firmana membranam, quae a quatuor cornibus usque ad umbilicum semel atque iterum complicata erat instar libri quadrati; cuius quatuor cornua deinde stamine ligabantur, et stamen ipsum plumbeo tenebatur sigillo. Contra Morcellium Plautus, Rud. IV, 3, 1: *Dum hanc tibi rudentem, quam trahis, complico.*

72 Omnino sic est corrigendum cum Manutio et Schützio vulgatum *XI Kal. Sept.*, qui dies sequentibus nullo modo convenit.

73 Naufragium multarum navium putat Manutius (Caes. B. Gall. IV, 29); obitum Iuliae Caesaris filiae, Pompeio Magno nuptae, melius interpretantur recentiores. Vox enim *luctus*, quae infra de Caesare dicitur, de iactura navium non patitur intelligi, praesertim in Caesare.

74 Scilicet, negotii habuisse. Tislinus legit *Publio*, et intelligit de P. Clodio; in quo secum facientes habet Amb. 16, Land. et edd. vett. Res utique ignota; sed non magis notum est vulgatum de *Publilio*, etiamsi interpp. provocent ad ep. DXXXIX. Malim, cum Clerico, *cum Vibullio.*

75 In Hispanias pro consule ituro. Sic enim putabatur. Verum non ivit. *Manut.* De Pompeio rei frumentariae procuratore inde ab A. V. C. DCXCVI (ep. LXXXVII, 2), hunc locum intelligendum esse indicat epistola CXLVIII, 3 post med.

76 In urbe, ep. CXL, 1; non legatum Pompeio fieri.

77 H. e. non vero ad Oppium pertulisse, qui Caesaris negotia in urbe procuraret. Sed neque haec, nec quae sequuntur, satis expedita sunt. Schütznius postquam ediderit *Vibullii*, et *coram Caesar*, pro vulgg. *Bibuli* et *coram Caesare*, totum locum sic proponit legendum: *scripsique ad Caesarem, Vibullium Caesaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec item Oppium. Quo consilio? inquies. Oppium ego tacui, quod priores partes Vibullii erant. Cum eo enim coram Caesar egerat, ad Oppium scripserat.* Correctio Schützii *Vibullii* pro *Bibuli* propius abest a mss., in quibus literae *v* et *b* propter similitudinem saepius commutantur, ut in numis *nobilis* et *novilis*, et alia sexcenta. *I* autem geminatum raro, ut Malaspina observat, reperitur.

78 H. e. primas curas Caesaris rebus debeo, quum ipsemet, ut Romae maneam, roget.

79 Ed. Min. *foris*; *foras* mutavit Victorius, ita tamen, ut neque *foris* improbaret; Petron. c. 10. *Qui ut foris cenaret;* ipse Cic. ep. seq. *ego si foris cenitarem.* Mox edd. Iens. Aldi, Lamb. *deditque mihi.*

80 Sic Victorius e suis membranis, quibus adde Pall. 2 et 4 apud Grut. et Amb. 16, Land. et ed. Ro. Aliae edd. ante Vict. *ab Aristophaneo meo.* Lectionem *Aristophaneo modo* Vict. et Ernestius ad Aristophanem comicum referunt. Schütz verisimilius ad Aristophanem Byzantinum grammaticum respexisse Ciceronem putat, et Quintum patrem censuram egissae epistolae a filio ad eum scriptae.

81 Amb. 17 *Mihi illam a.*, et paullo post *eum esse a. mihi.*

82 Respice finem, dicit philosophus; cf. ad epp. CCCLXVI, 1; CCCLXIX, 2 et seq.

83 Amb. 16. *pergratae literae tuae.*

84 Sic Lambinus et Sch., recte; cf. ad ep. CCXLIX, 2. idque forte volebat scriptor libri Landi: *ne nunc velim quidem quid rogavit.* Vulgo *ne nunc quidem quid velim r.*

85 Edd. vett. *Annius.*

86 Lib. Landius *non dubitaturum emere.*

87 Idem Land. *Non ad me scribere.*

88 Lamb. *de te;* Schützius voces, ut ineptas, delevit; id ego non audeo, propterea quod etiam in ep. LXXXII *nihil se invitis* est pro *nihil illis invitis*; ep. CXLII, 4 *debemus patrem familias domi suae occidere,* pro *domi eius;* et sic aliis in locis ipse Cicero, et alii; quae loca Fr. Sanctius et Iac. Perizonius collegerunt in Minerva II, 12. Mox Ald. et Lamb. *in T. eius mihi;* et in seq. membro Amb. 16 *sermonem, animum.*

89 Verba haec corrupta sunt. Fortasse *quemadmodum coniicio* transponenda sunt post *nequid ille turbet,* et post *quasi* vel addendum, vel intelligendum *oblitum esse.* Schütz. Lambinus *quasi ignoto,* Ernestius subaudiebat *oblitum videri.*

90 Fuit igitur ad urbem septem dies; vide § 7. Non quod triumphum exspectaret, revocatus a provincia (Orat. de prov. consul. 4 — 7); sed quod eum in urbem ingredi puderet; itaque et *noctu* introivit.

91 Praetoris. *De maiestate,* quod accepta pecunia Ptolemaeum regem in regnum restituerit; ep. CXVIII, 1.

92 Et hic revocatus e provincia Macedonia. *Proximus,* nimirum turpitudine, ut explicat Manutius. Libri nostri *pr. est tamen.*

93 De temporibus suis, ep. CXLVIII, 8. *Schütz.* Mox Ald. Lamb. *inducere;* utrumque Amb. 16 *inducere, includere,* sed illud punctis subiectis inductum.

94 *Perdidisset* Piso; *vendidisset* Gabinius; vide Oratt. de Prov. cons. et in Pis.

CXLVII.

1 In extrema tragoediae parte. *Sero sapiunt*, scilicet Phryges. Proverbium convenit in eos, quos stulte factorum sero poenitet, ut in Troianos, qui vix decimo obsidionis anno, et tot iam acceptis cladibus de restituenda Helena consultarunt. Vide Erasmi Adag. Chil. I, 1, 28. *Vetule*, sic eum appellat, quod, instar senis, querulus esset.

2 And. de Franciscis in suo exemplari correxit *primum quod*, quod Lamb. expressit. Melius fortasse Manutius *primum i.*; quod et Amb. 14 a 1 man. habet.

3 Sic correxit Politianus non sine libris, *minus* tantum in *nimis* mutato, et sic Graevii primus et ed. Minutiani habent, literis tamen latinis *non minus philotheorum*, idque placet Vict. et Graevio; quorum ille sententiam etiam explanat: quod scilicet in expeditione et negotio Britanniae te non nimis cupidum visendi praebuisti. Constat enim ex dictis Trebatium in Britanniam non ivisse. Reliqui libri *te non minus, quam philoctetem*, vel *philotecta*, vel etiam *philotecten p.*, ad cuius explanationem adi Corradum ad h. l., si vacat.

4 Clausus in hybernis, ubi frigebat, ep. CXLV, 1. Lambinus corrigit *vinctus in h.*, aitque, dici latine non posse *iniectus in hybernis*, sed potius *iniectus in hyberna*. At latine dicitur *deambulare in platea*, et de Orat. I, 7 *ut se abiiceret in herba*. Gronovius *illectus*, Schütz *intectus*, haud satis vestibus tectus.

5 Verba *Vsquequaque — acerrimum* esse octonarium trochaichum ex aliquo tragico desumtum putat Schütz.

6 Supra, Amb. 3, 7 *Cui tum dixi*. Tum omnes edd. vett. *quis es tu*; Amb. 6 *quis es*.

7 Ambb. omnes et edd. vett. *adduxisses.*

8 Caesarem obiisse civitates imperii sui, ac proinde Galliae etiam Cisalpinae hiberno tempore, ut ibi forum ageret, colligitur etiam ex eius commentariis. Hoc nomine Caesar venturus in Italiam dicitur cum Trebatio.

9 Ambb. 3, 7, 13, Rec. *quomodo Stoici, omnes enim dicunt divites.* Mox 3, 7, 14, Rec. cum Lamb. *frui possunt,* et 12 *ego postea.*

10 Amb. 6 *negant. Negent — respondere*, non quod superbus fuerit, sed quod a nemine in illa regione consuli potuerit.

11 Ambb. 3, 6, 7, 13, 14, 15 et Rec. cum ed. Ro. *quo gaudeas*, iidemque infra cum edd. vett. *Samarobrinae.*

CXLVIII.

1 Ambb. 3, 7 *Procos.* Qui in hostes iustam victoriam retulisset proconsul, ab exercitu victore *imperator* dicebatur, eoque nomine utebatur ipse, quum ad alios scribebat, et alii, quum ad ipsum. Cfer. ep. CCXXVI. Qua vero victoria *imperator* Lentulus dictus fuerit, nescimus.

2 Quum opera praecipue Lentuli se in patriam restitutum fateatur; epp. XCII, 3; XCV, et CXIII, 5. Hinc illa, quae sunt infra, *tuam propugnationem salutis meae.*

3 Triennium; cf. ad ep. CXIII, 1. Mox *disiuncti* habet Amb. 12, ut hoc loco, et loco epistolae mox laudatae edidit Ernestius. Vulgo *diiuncti*; edd. vett. *seiuncti.*

4 Zel. A *de qua quidem o.*, et infra Amb. 15 *quae requiris.*

5 Sic Victorius, unus Memmianus apud Lamb., Graevianus pr. et Amst. apud Graev., unus Amb. 12 a 1 m. et unus Vat. apud Gebh.; hoc est efficaciores, ut *prae-*

sens remedium, praesens venenum, praesens Deus, quia praesentia sua vim auget: Virg. Ecl. I, 42:

Nec tam praesentes alibi cognoscere Divos.

Reliqui nostri et aliorum cum edd. primis *praestantiores.*

6 C. Cato, qui vim suam in Lentulum potissimum contulit, quum de abrogando illi imperio legem tulit; ep. XCVI.

7 Quia Lentulo nocere non potuit. *Manut.* Nam imperium abrogatum non fuit.

8 Scil. nostra vice, h. e. quod ipsi facere debuimus. Sic *doleo tuam vicem* veteres dicebant. Vide Manutium.

9 Vt ei ne liberum quidem sit in publico versari, propter comitia in tribunatu eius dilata (ad ep. CXLII, 7; et CXLIV, 3), et multa flagitia.

10 Schütz ex ingenio *eam te fidem.* Mox Ambb. quatt. Rec. et edd. vett. *cognoscere;* et statim Zel. A *non tam magna;* et in fine sententiae Amb. 14 *cognoveram.*

11 Quod satis ostendunt sup. epp. CXXXIII, CXL init., CXLII, aliaeque. Praeterea Cicero ei sua sententia supplicationes decreverat XV dierum, quales antea nemini decretae fuerant, stipendium, et X legatos, et luculentam habuerat de conservanda Caesari provincia orationem, quae adhuc exstat, inscripta de Prov. consular. *Cum Appio*, nimirum Pulchro, P. Clodii fratre, quo cum eo nomine inimicitias gesserat.

12 Quem male oderat.

13 Reditus scilicet mei ab exsilio; cum affectu, ut ep. CXIII, 5 init.

14 Frigere visum est *ipsum* Ernestio; proxime est enim *tibi.*

15 Amb. 15 *extitisse.*

16 Quod consules valde illiberaliter villas eius aestimassent (ep. LXXXVIII, 2 extr., et 4), Clodius armatis hominibus aedificationem Ciceronis in Palatio disturbasset (ep. LXXXIX, init.), et Metellus cos. per id tempus turbulentas ad populum conciones de eo haberet; ibid., § 1 post med.

17 H. e. de monumentis ei restituendis, vel sarciendis.

18 Intellige domum, villas (ep. LXXXVIII, 2), et illa fortasse, de quibus in ep. XXIX, 12. Ambb. quatt. Rec. et edd. Med. Vict. *monimentis.*

19 Cf. ad ep. LXXXIX, 1.

20 Edd. Med. et Minut. *resarciendis.*

21 Benedictus *neque eram,* delens *enim* auctoritate mss.

22 Quando tecum dederunt operam, ut ab exsilio revocarer. *Corrad.*

23 Etsi aliquoties contra Pompeium; sperans gratificari quum M. Catoni, tum reliquis, qui de re publ. optime sentire videri volebant.

24 Aliqui in iudicio Sextii, alii in senatu, explanant; ego rem non satis intelligo.

25 Haec est lectio Victorii. Nostri omnes cum Rec. et edd. vett. *quum, ut laudaret Pompeium Sextius introisset.* Inepte. *Introisse* in urbem intelligi debet Pompeius, qui quum esset cum imperio propter procurationem rei frumentariae, extra urbem esse iubebatur, neque ingredi poterat, nisi venia a senatu impetrata. Lamb. *quum u. l. P. Sextium Pompeius introisset.*

26 Zel. A *facilitate*, ex verborum similitudine.

27 Schütz, auctoribus Benedicto et Mart.-Laguna, ex duobus codd. Dresd. *Me M. Bibuli;* iis adde Amb. 12.

28 Pompeium, Crassum, Vatinium, praecipue Caesarem; vide ep. XXXIX, et seqq. illius anni.

29 Idest, oratio in Vatinium, quae ideo *interrogatio* di-

citur, quod revera in ea interrogatur testis Vatinius. Mox Olivetus *nihil habuit aliud*. Infra, *illius tribunatus*, nimirum Vatinii.

30 *In quo*, explanant, tribunatu; sed Manut. 1543 *in qua*, quod cum Ernestio praetulerim; scilicet, in qua interrogatione.

31 *De vi*, qua Bibulum Caesar obnunciantem foro expulit (ep. XLVII, 3); *de auspiciis*, quibus neglectis, leges pro Caesare Vatinius tulit. *Manut. De donatione regnorum*, titulo regis, scilicet, et socii dato externis dynastis accepta pecunia; Orat. in Vat. 10; Svet. in Iul. 54. *I. F. Gronov.*

32 Tacite Schütz *constanter ac saepe*, ut placebat Ernestio, qui aliter *saepe* deleri volebat.

33 Quem Caesar cos. A. V. C. DCXCIV diviserat (epp. XXXII, et XLII) aerario fraudato. Hinc infra *referretur* explicat I. F. Gronovius, ut rursus ea res, quam Caesar pro confecta habebat, in deliberationem mitteretur. Cf. ep. CIII, 2 ad Q. fr.

34 Nostri aliquot, Rec. et edd. vett. *non*; languidius scilicet, quam vulgatum a Vict. Manutio et Grut. Amb. 15 *neque*, fere ut Pal. quar. apud Grut. *nec*. *In arcem*, in caput rei praecipuum: Cic. Div. I, 7: *Arcem tu quidem Stoicorum, Quinte, defendis.*

35 Amb. 12 a 2 m. *et meminisse*; edd. vett. *meminisse et*.

36 Contra Caesaris legem de agro Campano. Lectio debetur Graevio; libri ante illum minus concinne *animorum motus factus est*.

37 Amb. 2 *tum eorum*, *quorum*. Pompeium et Caesaris amicos his verbis designari aiunt interpp.

38 Scil., ut referretur de agro Campano. *Hoc*, nulla praecedente SCti mentione, abundare visum est Ernestio.

39 Ad frumentum comparandum; ep. LXXX, 2. *Corrad.*

40 In ep. XCVII, 1.

41 Vt acta, quae cons. Caesar adversante Collega Bibulo egerat, Ciceronis restituti sententia confirmarentur. Quod quum Pompeio Quintus promisisset, non praestare fidem eius frater Marcus in eâ sententia de agro Campano visus est. *Min-Ellius.*

42 Ambb. omnes, praeter sec., item vett. edd. cum Lamb. *ut eam non*, ut in ep. DCCCXLVI.

43 Vulgo *quum tamen ante Pompeius*, contra nostros omnes; Martyni-Lag. et Schütz etiam *tamen* omiserunt. Significat Pompeium et mandatum Quinto dedisse, et nihilominus Vibullium misisse.

44 Lambinus scripturam solicitavit sine causa, *ut integram mihi — rem servarem.* Caelius, ep. CCXLII, 3: de *Dolabella integrum tibi reserves.* Alii malunt *integrum me — servarem*, quemadmodum alibi loquitur Cicero.

45 Hoc est, pro re publ.

46 Tres Ambb. *animumque fidemque.*

47 Quum dicit *bonum civem* innuit sua in rem publ. beneficia, quum *bonum virum*, se velle fidem datam amicis liberare, et Pompeio, pro beneficio accepto, gratum esse.

48 Nunc alteram causam affert, cur a sententia discesserit, malivolentiam et obtrectationem quorumdam optimatum. *Manut.*

49 M. Catonis in primis, Bibuli, L. Domitii. *Manut.*

50 Dixit in ep. CVI, 1. *Manut.*

51 Edd. Iens. Min. *inimicum meum Clodium*; ad Clodium utique spectat, sed in epistola ad Lentulum, cui nota res erat, inimici nomen est ineptum.

52 Duo Ambb. *circuminspectis.*

53 Amb. 3, *tibi sic breviter.*

54 In primo Graevii *Cinneis temporibus*, quod Lallem. in *Cinnanis* correxit, ediditque. Sed et *meis* non displi-

cet, quum Cinnae, Marii et Sullae bella civilia, de quibus est hic sermo, primis Ciceronis temporibus fuerint.

55 Vulgo *accidisse accepimus;* sed *accepimus* expunxit Schütz, auctoribus Victorio, Graevio et Benedicto. Bene id expunxerat iam Verburgius, abestque a nostris omnibus, praeterquam a sec., qui, contra, ablegat *accidisse.* Mox Vict. *non modo non praemiis;* quorum alterum *non* est contra Ciceronianam dicendi formam; idque vidit in notis ipse Victorius. Infra edd. vett., praeter Med., *minime valent.*

56 Edd. vett., praeter Med., *quibus moventur.*

57 Praetor Manilianam rogationem suasit, ut Pompeio Mithridatici belli cura mandaretur: exstat oratio; consul quum aliis eum ornavit officiis, tum etiam quod retulit de supplicationibus decernendis, re publ. Mithridatico bello felicissime gesta. *Manut.*

58 Vid. epp. CXXXIII, CXXXVI et seqq.

59 Ambb. duo *res publ. ipsa.*

60 Sic edd. vett. cum Ernestio, Schützio et Cler., et sic Rec. et sex nostri. At Victorius, Gebh. Mart.-Lag. *in hac mente.*

61 Libro IIII de Leg.

62 Primo scilicet consulatus sui die; de re consule Orat. in Pis. c. 2, 3, et contra Rullum 8. *Nonis Dec.*, quo die opera potissimum Ciceronis coniurati Catilinarii supplicio affecti sunt.

63 Quod L. Piso et A. Gabinius pacti sunt cum Clodio, ut ei Ciceronem traderent, ipsi provincias Macedoniam et Syriam ab eo acciperent. Pro Sext., pro Dom., De Prov. cons., in Pis.

64 Schütz concinniori locutione *casus quidam caput;* sed et vulgatum facile potuit e calamo hominis excidere. Mox I. F. Gronovius malebat *c. causam.*

65 Sic cum Schützio Manutius, Lamb. et codd. nostri cum Rec. et vett. passim edd.; vulgo *mirificus senatus — consensio.* De re cf. ep. LXXXVII, 1.

66 Lambino placebat *breviter*; sed *brevi* pro *paucis* est etiam in ep. CCXXII sub init., aliisque.

67 Significat praecipue Pompeium.

68 Ambb. passim *accusandi si qui p. — reprehendendi sunt si qui.* Edd. Ro. et Iens. *a. sunt si p. — reprehendendi si se* etc.

69 Amb. 15 *dextrum.* Infra Vict. *quod meos cives.*

70 Operibus Clodianis.

71 Ex emendatione Victorii. Nostri corrupte *pugna non reliquissent*, praeter quintumdec., qui habet *hi — pugnare voluissent.* Zel. A *ii — pugnam non reliquissent. Pugnare licuisset*, scilicet per me.

72 Sic Zel. A; ut in ep. CCCXXVI, 2. Vulgo *tenendo*, pro quo Graevius *tuendo.* Mox Ern. *si sibi constare*, vel *si perstare* corrigebat.

73 Sic cum vulgg. libris aliquot Ambrosiani. Schütz praeeunte Benedicto *Recreati — boni viri — excitati*, quod et Zel. A et reliqui Ambb. cum edd. Ro. et Iens. habent; aitque constructionem bene procedere, si puncto distinguas post *adiuncto*, ac pro *quum* reponas *quumque etiam.* Vulgatum tamen facilius et pressius.

74 Hoc est, Clodius. Libri omnes ad unum scripti *illa furta;* quod Victorius in *illa furia* ex ingenio mutavit, quasi diceret Cicero: *illa non* sacerdos, *sed furia m. religionum.* Sic enim Clodius appellatur in ep. CXLVI, 4. Hoc placuit etiam Benedicto et Clerico. Quod autem infra dicitur genere masculino *assecutus*, nihil huic correctioni officere potest, quum extra sacrum Cicero ad genus respexerit sacerdotis, non ad officium; cuiusmodi alibi exempla vidimus. At Rutilius, Lamb. Mart.-Lag. et Sch. *ille fur*, pariter ex ingenio.

75 Nonnulli libri, etiam nostri, *impunitatem scelerum;* sed quum libri meliores habeant *impunitatem st=illorum,* pro *i. est illorum*, aliqui, qui illud non intellexerant, pro *stillorum* fecerunt *scelerum,* ut monuit Victorius.

76 T. Annius Milo. *Civi,* P. Clodio.

77 Duo Ambb. *in iudicio.*

78 Quia pecunia publica, et senatus decreto exstructum, Cicerone tantum locante, et aedificii curationem habente.

79 Morte impeditus; Plin. XXXV, 10; Cic. Off. III, 2.

80 Amb. sext. *reliquum corporis.*

81 E correctione Ernestii. Ante illum *acceperunt.*

82 Schützius verba *est vero probandum — superasset* uncis inclusit.

83 Ambb. 2, 3, 12, Rec. et edd. vett. *se se.* Mox Ambb., praeter ter. et sext., item edd. vett., praeter Iens., *uno cive;* et statim nostrorum secundus *cumque Q. Metellum*, cum Vict.

84 Vncis inclusam vocem, auctore Graevio, delevit Schütz. Videtur enim posita a magistro cum *ordinibus*, ut alterutrum legeretur. Manut. *hominibusque;* Lamb. *diis hominibusque;* et sic sane infra est § 5, et epp. CII, 1, et CLI, 1. Melius deleverim si per libros mss. liceret.

85 Quibus eum splendorem, eamque speciem tueor. *Graev.*

86 Ambb. omnes ad unum *desciscerem,* nisi quod aliqui vitiose *desisterem;* sed Ernestius volebat *desciscam,* edidit tamen *descissem;* Schütz *desciscere me.* Man. et Graev. *desciverim.* Sequentem praepositionem *a* nulli libri neque Ambb. Rec. neque edd. vett. agnoscunt.

87 De consilio meo complectendi Pompeii et Caesaris. *Corrad.*

88 Ambb. 2, 6, 15, Zel. A et edd. Med. Ien. Min. *numquam postea, i;* tum 6 et 7 cum ed. Ro. *interruptus et a.*

Infra nostrorum plerique, Rec. et edd. vett. *idque non solum*, quod non displicet.

89 Man. *sententia saepe iam* etc. Mart.-Lag. et Sch. *ostensa saepe iam tabella*, ex coniecturane, an codd. mss. auctoritate, nescimus.

90 In Critone.

91 In epist. ad Perdiccam, quam Ficinus Dionis esse putat. *Manut.*

92 Schütz *desipientem senectute, persuaderi posse diffideret*; verba interiecta, ut temere inculcata, delevit.

93 Edd. Iens. Min. *tenerer.* In seq. sententia Amb. tertiusdec. *sed tamen laetatus.*

94 *Non esset is, qui e.*

95 Te et Pompeio exceptis.

96 Rec. et ed. Ro. *de Vatinio et Crasso.*

97 Amb. 12 cum ed. Med. *factus est.* Anno nimirum superiore, quum M. Cato eius competitor repulsam tulisset; ep. CXX, 3; Plut. in Cat. Min. post med., et Liv. CV, 14.

98 Ep. CXLIV, 3.

99 Hispaniis; supra, § 4 ante med. *Corrad.*

100 Ambb. sept. et quintusdec. *ne hoc*, supple *quidem: ne hoc quidem*, h. e. ne tibi absenti quidem reponam.

101 Terentii Comoedia, III, 1, 50, seqq.: ubi Thais nominabit Phaedriam (rivalem militis), tu (miles) nominabis Pamphilam, quae Thaidi vicem det. Tres Ambb. cum ed. Iens. *suadet militi.* Amb. quartusdecimus et quintusdec. *nominarit;* et tert. statim *continuo nominabis.* Infra omnes, septimo excepto, cum. Rec. *comessatum;* ed. Ro. *commensatum.*

102 Sic Lambinus, quem Sch. et Clericus sequuntur. Nostri *Par pro pari*, ut Lallem.

103 Zel. A *hilariter.*

104 P. Vatinium opponit P. Clodio; venuste. Mox Amb. 7 *leniter repungere.* Infra Ambb. sec., ter., decimus secundus et tertiusdecimus *deis hominibusque*, cum ed. Med.

105 Additum *nunc* a Martyni-Lag. et Schütz recepi; est enim in ms. Scaelsiano.

106 Inde ab anno DCXCII; ep. XIX, 4. Simultas tamen inter utrumque rursus emersit, quum Cic. in exsilium actus est Crasso Clodium adiuvante (Plut. in Cic. p. 875). Secundus in gratiam reditus fuit intercedente Publio, M. F. (ep. CXXXI; Plut. in Crasso, p. 551). Tertiae tum dissensionis, tum etiam reconciliationis causa hic exponitur. Vide fusius apud Manutium.

107 Gulielmi et Grut. codd. *oppugnassem.* Tum Amb. decimus sec. a 1 m. cum edd. Ro. Iens. *tametsi sine;* sec. *tametsi si sine;* primum placet. Infra Ambb. plures, Rec. et edd. vett. *lacessentem lacessisset*; et statim ed. Ro. et Iens. *ut credo.*

108 Hoc explanat Graevius: *Quum inclusum illud odium, residuum insciente me fuisset, omne repente apparuit* (quamvis) *me illud omne effudisse putaram.* Nostri vel *scientem me fugisset*, vel *insciente me fugisset* et *fudisset*, vel etiam *inscientem me fugisset.*

109 Cato et reliqui. *Corrad. Maximum fructum*, idest maximam laetitiam; vide Manut. *Graevius.*

110 Scil. apud omnes homines. *Manut. Illum inimicum*, Crassum; *et eos*, Pompeium et Caesarem.

111 Zel. A *nostrae naturae.* Naturae sc. ab inimicitiis curisque alienae. Quum dicit *habui — rationem*, significat se in gratiam rediisse.

112 Fortasse contra Ateium; ep. CXXXI, 1; Divin. I, 16.

113 Sex nostri, Rec. et edd. Med. Iens. *mutatis.*

114 Victorius *ut navigando.*

115 Tres. Ambb. cum edd. Ro. Iens. *cum mihi, multum*

etiam; Amb. tert. et ed. Med. *cum mihi, tum multum etiam.*

116 Non ita perspicue sibi accidisse gratissima omnibus significaverit.

117 Amb. quartusdec. *proditorum.*

118 Schütz *ut tibi mittam.*

119 Triennio superiore scriptae, a consulatu scilicet Marcellini et Philippi ad hunc annum.

120 Sic Zel. A, Italicus Graevii et Ambb. aliquot cum Victorio et recentioribus; hoc est, noli pertimescere; reliqui *ut pertimescas,* quod Graevius defendit. Quae sequuntur constituit Victorius probantibus posteris. Libri nostri *Scripsi etiam carmina quaedam* (*nam* etc.

121 Recte hoc loco receptum *diiungo* ait Ernestius; aliquot nostri *disiungo;* cf. ad ep. CXIII, not. 3. Mox ed. Ro. *me interdum,* pro *me fere.* Infra *mansuetiores musas* vocat ea, quae scripsit Aristoteleo more in umbratili palaestra, prae orationibus, *quae in ferro atque acie versantur,* ut ait Opt. Gen. Or. 6, h. e. in foro. *Quae me maxime — delectant* reposuit Ernestius e bonis libris: olim *quae m. maxime — delectarunt.*

122 Quatt. Ambb. *Aristotelico*; tertius *Aristotelio;* Rec. *Aristoteleio;* item infra iidem nostri *Aristoteliam*, *Aristotelicam*, *Isocraticam* cum ed. Ro.

123 Lambinus verba *in disputatione ac dialogo* subdititia putabat.

124 Vulgo *ac omnem.* Reposuit Ernestius ex ms. suo, Gu. et edd. pr., iis adde Rec.

125 Dio XXXIX, 10: *Librum quemdam occultum conscripsit, cuius erat inscriptio* de suorum consiliorum ratione. *In eum multa acerba contra Caesarem, Crassumque, aliosque nonnullos, dicta congesserat, metuensque ne se vivo emanaret, obsignatum filio tradidit cum mandato,*

ne eum se superstite aut legeret, aut ederet. Ex his verbis Hen. Valesius et Graevius putant hunc esse librum, quem Cic. *de temporibus suis* dicit. Illum ipsum crediderim fuisse, qui ἀνέκδοτα in epp. XXXII, 1, et DCC dicitur. Mox Amb. quintusdec. *si edendos.*

126 Vulgo *sed quia verebar;* sed *quia* cum I. F. Gronovio, Mart.-Lag. et Schütz delevi, quod abest a cod. Rec. Lamb. *sed quia verebar — omnes nominare, non misi;* And. de Franciscis *sed eos edendos esse non putavi, quia verebar.*

127 Zel. A *habuero.*

128 Hoc membrum *Atque istam — ad te defero* Mart.-Lag. reiecit post *conferemus.*

129 Nostri aliquot et Rec. *ea, ut ante, mihi curae sunt, et.* Infra statim Vict. Lall. *vix possim.*

130 Lentuli provinciam. At quomodo ire in Ciliciam Lentulus non potuit, si Ciliciam ipsam administrabat? Forte erat tunc temporis Lentulus in aliqua ex tribus dioecesibus Asiaticis, quae Ciliciae attributae erant (ep. DIX), vel in Cypro insula; ep. CXIII.

131 Videtur Quintus fundum aliquem in Asia emisse, quum eam provinciam administraret; ep. XXIX.

132 *Provinciam* in superiori membro omisit Mart.-Lag., in quo morem Ernestio gessit. Tum legebatur vulgo *se paraturum cum collega;* delevit extrema Ernestius auctoritate libri sui. *Parare inter se,* non *secum* veteres dicebant; cf. Victorium. Cod. Scaels. *se acturum cum collega;* Amb. quartusdec. *se pacturum c. c.;* edd. aliquot *se partiturum.* Mox Ambb. *legemque curiatam.* Tum *ferri* habet ms. Rec. ed. Ro. et Victorius. Vulgo *ferre,* quod Schütz, auctore Ernestio, delevit. Lambinus *consuli ferri opus esse, sibi necesse non esse.*

133 Rec. *sunt qui putant;* Zel. A *sunt etiam qui putant.*

134 Vel quaestorem tuum, omnium exemplo (ep. CCLXXIII, 4), vel legatum (Appianus B. Civ. I). *Cortius*. Sed hoc, SCto non interveniente, licitum non erat; ep. CCLXVIII, 1.

135 Vict. *libertatem*. Non ita bene, ut monuit Ern. Sermo est de benignitate.

136 Ex hisce verbis colligere aliquis potest, bene se habere illos libros, qui ex hac epistola tres faciunt; unam usque ad verba *certiorem te per literas* etc. § 2; alteram *quod rogas, ut mea tibi scripta*, § 8; tertiam ad finem. Verum *epistola superiore* interpretari etiam potest *parte epistolae superiore*.

137 Ernestius addendum suspicabatur *in*, h. e. *in quibus*; nam pertinet *ad literas*.

138 Reposuit Schütz, idque habent libri quamplurimi; vulgo *felicitate*, quod a Victorio fluxit, et in quo nullam vides virtutem Lentuli propriam. At videtur Lentulus, quum aequitate in publicanos usus est, eos asperius, quam par fuit, tractasse.

139 In iurisdictione Ciliciae, et in causis publicanorum. *Ernest.*

140 Cuius quaestor Rutilius Rufus damnatus est, quod cum praetore consenserit suo, ne publicani agerent in provincia sua Asia, cui Scaevola ipse solos novem menses (epp. CCIX, 5; CCLII, 12) praefuit. *Corrad.* Vide Epit. Livii LXX, 51-4. *Ipsi illi,* ait Cic., quia Scaevola integritate sua celeberrimus erat; ibid. 10, seqq.

CXLIX.

1 Verba *quod erant abs te* vulgo posita post *ubi esses*, quo loco sensum non habent, ideoque Ernestio delenda videbantur, huc transposui. Sic enim sensus fit aptissimus *vel etiam significabant bene valere, quod erant abs te*, tua manu scriptae. *Schütz.*

2 Schützius, auctore Ernestio, *me maxime delectarunt.*

3 Vulgo *Bruto datae,* quod iam correxit Manutius, et receperunt Gruterus, Ernestius, Schützius et Clericus.

4 Dialogorum de re publ. disputans, ut factum videbimus de Crasso, Antonio, aliisque in libris *de Oratore.* Amb. 16 *inducetur in a. l.*

5 Sine causa particula *ut* Ernestio videbatur insititia. Cicero enim ait, ut in libris *de Oratore* mentio fieri non poterat ab iis, qui disputantes inducuntur, nisi eius, qui notus, aut auditus esset; sic in libris *de re publ.* mentionem fieri non posse Hortensii, quia inducuntur personae, qui multo ante Hortensium natum vixerant. *Schütz.*

6 Amb. 17 et Lamb. *non potuit mentio.*

7 Amb. 16 *Pilii,* 17 *Pili.*

8 Ambb. 16, 17 et edd. vett. *duos.*

9 Scilicet Varronem.

10 Scilicet in II et III *de Oratore,* in quibus Scaevola augur, qui in primo disputaverat, non amplius disputando adest. In seq. membro Lambinus *demovi.*

11 Sic fere exorditur opus suum Plato *de Re publ.*

12 Amb. 17 *commodum.*

13 Sermo de iure, cuius apprime peritus erat Scaevola.

14 Legendum puto *cavillatorem.* Schütz. Amb. 16 *ioculatorie;* Lamb. *H. ioculatoriae disputationi senem,* etc.

15 Schütz *Piliae.* Nam Ciceronis filiae negotium nihil opus erat ab absente Attico praesenti patri commendari. Itaque agitur de negotio Piliae Attici uxoris. Hic incipere fragmentum alíus epistolae, temere hic alieno loco inclusum, idem Schütz putat. Itaque id a contextu seiunctum uncis inclusit. Nam, quum haec epistola scripta sit Kal. Octob. (infra § 4), quo modo Cicero potuisset narrare in causa Drusi iudices reiectos esse ad

V Non. Quint.? Deinde de Procilio ait, rumores non bonos esse, ut eum condemnatum iri metuendum sit. Atqui iam ep. CXLII, § 4 narraverat Procilium a. d. III Non. Quint. condemnatum esse. Ergo hoc fragmentum est ex epistola ante epistolam CXLII scripta. Haec Schütz. Ernestius nihil aliud, quam multa hic deesse suspicatus est; Lambinus sic locum concinnavit in fine: *Quicumque posthac, notum tibi, ut video. Iam intelligebamus*, etc.

16 Land. et ed. Iens. *iudiciis.*

17 Gratum aliquid faciam Tulliae propter amicitiam, quae ei cum Pilia intercedit. *Schütz.*

18 Alii *deos faciles;* perperam. Scis, inquit, quis sit iste Vestorius? Quum te et me utatur facillimis, tamen nihil difficilius ipso. *Popma. Duo* pro *duos*, antique; ep. LII, 2 extr.

19 E quibus reus factus erat propter Tribunatum. *Ernest.*

20 Quam sint corrupta. Paullo post Drusus revera absolutus fuit; ep. CXLIV, 3.

21 Legendum esse *non misi* coniecit Popma.

22 Munere dato; ep. CLVI. *Manut.* Schütz *in populum*, auctore Ern.

23 Sic ep. CLI, 2. ait: *Domitius cum Messala certus esse videbatur.*

24 Quid sit tacitum iudicium non satis intellexit ipse Ernestius. Manutius ait, fuisse quidem factum, sed non editum. Hoc sensu accipienda sunt *tacita suffragia* apud Iustinum (XXII, 3), quae scilicet feruntur in reum absentem, sententiis tamen non recitatis, recitandis vero post comitia. Cfer etiam locum de *tacito iudicio* apud eundem Iustinum, XXXIV, 3. *Ante comitia*, ne forte libera non essent iudicia, si consulibus iam creatis fierent. Hoc autem decrevit senatus, ut, qui nullo pudore prohiberentur ab effuso ambitu, largitionem omit-

terent, quum intelligerent futurum, ut irrita esset designatio, si damnati tacito iudicio essent.

25 *Omnibus*, auctore Ernestio, delet. Schütz. Coniungitur tamen recte cum *consiliis*.

26 Hoc est, *Opimius Veientina* (tribu), *Tromentina Antius*. Bosius. Merito probarunt eruditi viri emendationem Bosii; sed explicationem non possum probare, quum ex *Opimio* et *Antio* duos homines facit. Si duo diversi homines fuissent, secundum Romanam consuetudinem scripsisset Cicero *Opimius Veie., et Antius Tro.* Nullum dubium Opimium Antium eundem esse hominem, qui duas tribus habuerit, alteram nativitate, alteram adoptione. *Graev.* Lambinus *Veien. Terentium tribunum pl.*

27 Corruptum *rescidit* sic Bosius emendat, et sic editur nunc in vulgus. Manutius vero et Lamb. *Res ad senatum. Res cedit* est res friget.

28 Tribunus pl.

29 Illud iudicium tacitum leviter ad populum tulissent.

30 Hic summa fuit senatorum stultitia, ut Abderitae viderentur, de quorum stupore atque insania multi scripserunt; et infra ep. CCXCVIII. *Est*, inquit, ἀβδηριτικὸν, *id est ratione carens, quasi factum Abderitarum.* Manutius. Abderiticum fuit decernere, ut de tacito iudicio lex ante comitia ferretur, et tamen comitia haberi lege illa non lata.

31 Hoc totum sic interpretare: quam lex de tacito iudicio lata esset. Si qui intercessisset, res integra ad senatum referretur. Lex coepta ferri leviter; intercessum non invitis consulibus. Res ad senatum rediit. De ea re ita senatores censuerunt. Tum Lambinus infra *haberi censere.*

32 Alii olim *patrem eius*, quod est absurdum; quia Scauri pater Cicerone adolescente decesserat. Itaque recte alteram lectionem *partem* defendit Manutius, etsi hoc insolentius dictum pro *partes*. Schütz.

33 Ne comitia consularia haberentur.

34 Sublatis obnuntiationibus a Scaevola tribuno pl., vel a quovis alio magistratu, comitia haberi poterant; tunc autem Scaurus populo per tribus satisfecerat, hoc est, nummos distribuerat, ut consul fieret.

35 Varr. Victorianae *uberior liberalitas erat, potior*, etc.

36 Qui ante dederant: ut Domitius et Messala competitores. *Manut.*

37 Restitui lectionem ed. Brut. et Lambini. Nam vulgata *rem habes nullam* sensu prorsus destituitur. Cicero iocatur cum Attico, ut supra, ep. CXLII, 7, aitque, eum sperare posse fore, ut fenus in tanto ambitu crescat. *Schütz.*

38 Scilicet multarum suffragiorum emtionum; et iocus est in ambiguo vocabulo *nundinarum*, quo dies non comitiales (nam nundinis comitia haberi non poterant) significantur.

39 *Luciscit* per *i*, non *lucescit*, semper in antiquis libris observavimus, quod etiam in Terentiano illo Politianus adnotat, de quo alibi diximus. *Victor.*

40 De Oratore.

41 Haec, usque ad verba *sed accipe alia* Malaspina, usque ad verba *in Ciliciam cogitat* Tunstallus temere in hanc epistolam translata esse intellexerunt. Nam huius epistolae, ut ait Schützius, Kal. Octob. scriptae pars esse non potest haec de Gabinio narratio. Nam is demum post VI Id. Octob. maiestatis reus, absolutus est, ut ex ep. CLIII, intelligitur. Itaque totus hic locus uncis inclusus vel est fragmentum alius epistolae, quae intercidit, vel, ut Tunstallo videbatur, transferendus est in epistolam CLVI, 1 extr. post verba *detur esse valiturum.* Ad eam ep., 2 Lambinus integrum, h. e. usque ad verba *in Ciliciam cogitat,* ablegavit. Ceterum pro *nunc*

ut opinionem habeas rerum Bosius rescripsit, *nunc ut opimiorem habeas reum;* Lambinus corrigendum putabat *nunc de Gabinio absoluto. Verum ferendum est.* Ernestius *nunc ut opinionem habeas rerum, faciendum est*, scil. mihi.

42 Quomodo, inquies, ferebat Pompeius, me in ea causa libere et constanter adversus Gabinium agere? *Bosius.*

43 Ab ipso Gabinio, qui me per summam iniuriam, dum consul esset, in exsilium egerat. *Idem.*

44 Erat enim de maiestate absolutus, sed praeterea de ambitu et de repetundis accusabatur; epp. CXLVI, 5; CLI, 1; et CLII, med. *Manut.*

45 Land. *r. est.*

46 Pompeium.

47 Sic Land.; vulgo *quaeque vita maxime est.*

48 Quam Pompeius affectabat, quamque tamen obtinere non potuit. Consules enim post interregna creati fuerunt Messala et Calvinus.

49 Quia a Pompeio, ad quem dictaturam delatum iri putabant, sibi timentes, si eius amicissimum Gabinium damnassent, absolverunt. Ep. CLV. *Manut.*

50 Nam cum ex a. d. XII ad IV Kal. Oct. ad urbem fuisset Gabinius, in eamque noctu ingressus esset (ep. CXLVI, 9 circa fi.), nec nisi decimo die in senatum venisset, Sullam fortasse potuit latere, foris illum esse, qui intus esset, credentem. Verum quid tanti erat ad nominis delationem, ut foris esset? Nihil opinor; sed hisce verbis Cicero consilium Sullae voluit indicare, qui, ut Gabinium a triumphi cogitatione deduceret, properaverit in iudicium adducere: nesciens iam tum illum spem eius abiecisse, atque in urbem ingressum. Atque haec quidem loci huius sententia videtur, non sane iacens. In libro tamen Faërni *fortis essent* scriptum

est, ubi si *fortes* emendetur, ad iudices referri possit, quos timidos idem proxime appellavit. *Malasp.* Hanc scripturam adiuvant, quae sequuntur, *sed omnes absolventur*, ut Malasp. ipse vidit.

51 Contenderunt Torquatus et Sulla, ut accusandi munus alter alteri eriperet. Obtinuit Sulla; quum id ante non sperasset. *Manut.*

52 Tantum de parricidiis accipiunt Corradus et Mongaltus: sed aliter Manutius; nam γενικῶς de omnibus reis. *Olivet.*

53 Sequimur Ern. et Clericum, qui et ipsi vett. editiones sequuntur, quae legunt *iudicia*, cui magis convenire verbum *calent* indicavit Ernestius. Vulgo *indicia.*

54 Recte I. F. Gronovius (Obs. II, 8) *urbanos* homines intelligit facetos, sed per ironiam, qui non respondent in iudicio, sed abeunt in exsilium voluntarium. Vide ad ep. CCXXII.

55 Lege *est tamen.* Muretus. Sed haec ita sunt supplenda: *Et tamen aliquid est novi.* Et post *tamen* distinctio locanda. *Graev.*

56 Vulgo *ac accensum*, sed copulam Ernestius delevit, quam nec edd. vett. agnoscunt.

57 Qua cautum erat, ne quis peregrinus se pro cive gereret. Manutius suspicatur, hanc quoque legem *maiestatis* fuisse. *Schütz.*

58 *Nonne te scio, Mars, cum Paphia* Venere rem habuisse? Hunc locum sic interpretatur Schützius: Itaque dixit statim reus patrono (Gabinio) maiestatis lege absoluto οὐ σ᾽ οἶδ᾽, etc. Nempe iocatur Cicero, libertum, qui indignaretur, patronum suum eodem die absolutum, quo ipse lege Papia condemnatus esset, statim patrono dixisse: nonne scio te, etc., idest mecum in eodem luto haesisse? Fortasse Cicero simul hoc versiculo poëtae

alicuius sic abutitur, ut in Παφίῃ fiat allusio ad Papiae legis nomen. Reliquas interpretum emendationes omittimus.

59 De Allobrogibus. Quartum iam annum triumphum ad portas urbis incredibili patientia exspectabat Pomtinius; Liv. epit. CVI, 11; Dio, lib. XXXIX, extr.

60 Scaevola.

61 Scilicet latam legem curiatam de imperio ei concedendo unius diei, quo ingressus urbem posset triumphare. Sine imperio enim triumphare nemo poterat. Huius rei argumentum habes apud Livium, lib. XLV, c. 35: *Tribus his omnibus decretus ab senatu triumphus; mandatumque Q. Cassio praetori cum tribunis pl. ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inveherentur, imperium esset.*

62 Quia legem de Pomtinii imperio Servius Galba praetor clam ante lucem tulerat (Dio XXXIX, extr.; Liv. CVI, 11), et agi quicquam cum populo ante horam primam leges vetabant.

63 Sic Land. et ed. Ro. et Lamb. Vulgo *triumphare.* Scio tamen infinitivum praesens pro futuro alias interdum a Cicerone, an a librariis? usurpatum. Mox *cogitat*, intellige *proficisci.*

64 Sine lege curiata (ep. sup., 12; et infra ep. CLI, 2), qua populus proficiscentibus in provinciam imperium et viaticum dabat.

65 Id ipsum in ep. CXXXVI.

66 L. Paullus Aemilius, qui duas basilicas (ep. XL, 1), veterem restituit, novam exstruxit. *Manut.*

67 Eleganter, pro liberaliter insumsimus.

68 Dominis, ex quibus casae emendae erant ad amplificationem areae.

69 Amb. 16 et Lamb. *Ad quid laboramus res R.* Infra lex Coctia nulla est. Alii *Plotia,* alii *Aelia,* alii etiam *Cincia* corrigunt.

70 Ex his verbis *nunc te obiurgari* usque ad finem fragmentum est epistolae ante ep. CXLII scriptae. Hic enim primum obiurgat Atticum, quod in Asiam ire velit, initio autem epistolae CXLII, 2, ait, se iam intelligere illud iter necessarium esse. Deinde, quum haec scribebat, Eutychides nondum erat manumissus; in illa autem epist., § 1, eius manumissionem sibi gratam esse profitetur. *Schütz.*

71 Edd. Iens. et Ro. *mutabis totiens et — abesses,* Lamb. *ut ab iis toties et — abesses,* et Malaspina *ab iis* explicabat ab urbe, a tuis, a nobis. Graevius *ut abis toties et — abes.* Vulgatum concinnavit Ernestius. In seq. sententia Amb. 16 *scribis enim in ea epistola.*

CL.

1 Quod te Caesari commendarit.

2 Amb. tertiusdec. *certa quadam in s. c.* Tum idem *restitisse;* fortasse voluit *perstitisse.*

3 Abest *tuis* a sex Ambb., qui ipsi, uno tertiodecimo excepto, infra habent *interdum impiger.*

4 Sic cum Rec. tertiusdec. et quartusdecimus, etsi hic a 2 manu legat, ut vulgo, *quod a te alienissimus et.* Emendarunt iam Lamb. Ern. et Schützius. Tum septimus *subimprudens.*

5 Ad regem Ptolemaeum, ut pecuniam ei Romae creditam exigerent; ep. XCII, 1. Amb. secundus cum Vict. et Graevio *Alexandream;* vide not. 1 ad ep. XXXI. Lamb. *Alexiam.*

6 Quintusdec. *afficerer.*

7 Quinque Ambb. Zel. B et edd. aliquot vett. *te et adolescentiam tuam.*

8 Cf. cum ep. CXXXIII, not. 4; et CXLVI, 8.

9 Ernestius malebat *detulerim*, quod est verbum huius formae legitimum.

10 Vulgo *ita et accepit;* sed *et* delevit iam Ernestius, et abest ab Amb. sexto, decimosecundo et quartodec., Rec. Ernestino, Gu. et ed. Ro. Tum Lambinus *ita accepit, ut mihi — significarit, et — ostenderit.* Sine causa; nam *ita* hic, ut alias, eleganter abundat.

11 Sic cum Ern. et Schützio quintusdecimus; melius, quam Graevius *si quae*; vide not. 6 ad ep. CLXXVIII. Alii libri vitiose *et quae te res.*

12 Sextus et quartusdec. *hoc si amiseris;* et infra decimus secundus, quartus — et quintusdec. *nullum umquam.*

CLI.

1 Amb. 17 *luculenter calfecerat.*

2 Praetorem. Mox *Divinatio*, cui potissimum ex seqq. accusatoribus dicendi facultas daretur. Sic *Divinatio* appellatur illa Ciceronis *in Verrem*, in qua agebatur utrum Caecilius, Verris quaestor, an Cicero Verrem accusaret. Causam nominis Pedianus exposuit, quod non *de facto* quaereretur, sed *de futuro.* Vide Gellium, II, 5.

3 Gabinium gratia sua, et auctoritate defendendo. Favebat enim Pompeius Gabinio, ut vidimus in ep. CXLVI, 7. Aldus et Lamb. *invertit.*

4 Ludit ex ambiguo, quum periti imperatores noctu irrumpant in hostium urbes, Gabinius vero nequam tacitus noctu introïverit. Id ipsum iam in ep. CXLVI, 9. Mox Land. cum Aldo *noctu urbem — invasisset.*

5 Imperatoribus e provincia redeuntibus usitatum hoc

fuisse crediderim, ut caesorum non tam hostium, quam militum numerum in senatu exponerent. *Manut.*

6 Lips. et Gulielmus *mire haesit*, Manutius Lamb. et Tunstallus *irrepsit*, scil. in senatum. Mox Lamb. *summa frequentia;* aliqui corrigunt *summa in frequentia.*

7 Syriaci; ep. CXXXIV. Querebantur fortasse, quod, Gabinio Alexandriam ad restituendum regem cum exercitu contra leges et religionem profecto, praedones per eius absentiam maritima loca vastaverint, quo facto, quod ipsis debitum erat, non potuerint exigere.

8 Hoc est, acerrimi in Vatinium. Hoc dixit, quia et Pomponius publicanus erat.

9 Extra senatum.

10 Antique pro *teneo me*, quod Lambinus edidit.

11 De eius petitione consulatus, in qua Cicero Miloni, Pompeius Guttae favebat; confer ep. CLVIII, 5. *Schütz.*

12 Rufo; ep. CXLIX, 5.

13 In Vrbem? Minime, quia cum imperio erat (confer ad ep. CXLIX, 6, voc. *latum de imp.*); sed in Galliam togatam. Vide ep. CLVI, 2. *Manut.*

14 Et revera factus uterque est in annum proximum.

15 Eorum, qui participes, aut conscii fuerunt maiestatis imminutae. *Manut.*

16 Ad ep. seq., 1; CXLVI, 2; et CLIX, 7.

CLII.

1 Duo Cicerones filii; epp. CXXXVIII, CXLVI, 4 et infra § 4.

2 Aedium; epp. CXLVI, 2; et CIV, 2.

3 Hoc est, aedificationum nostrarum opus calet, urgetur.

4 Lambinus, vestigia mstorum sequutus, *sed tua paene ad tectum iam perduta res est rustica Arcani et Laterii. Praeterea.*

5 Scil. CXLVI, 1 — 5.

6 Ex Britannia; ep. CXLII, 8; et CXLIV, 4.

7 Lamb. *istud;* Ambb. *et mare iam istuc.*

8 Vid. ad epp. CXLIX, 4.

9 Ad epp. CXLI, extr.; CXLVI, 7; et CLVII, 2.

10 Candidatorum, quorum salus ideo saluti Messalae coniuncta dicitur, quod omnes eodem nomine rei erant, et a causa unius causa etiam aliorum pendere debebat.

11 Idem in ep. CXLIX, 6.

12 Fratre uterino. *Ernest.* Mox Lamb. Oliv. Lallem. *Sulla filio.*

13 *De Gabinio* videtur esse glossema. Revera Lambinus omisit.

14 Recole not. *Tres adhuc factiones*; ad ep. CXLVI, 7.

15 Amb. 17 *maximo.* Mox Schütz, ex coniectura Pighii, *frigidissimis uritur;* sed antithesis friget.

16 Consessus iudicum in varias distrahitur sententias.

17 Enixe orat iudices pro Gabinio; ad ep. sup., 1.

18 Quia exsilio multabitur.

19 Lamb. *summo studio insituitur.*

CLIII.

1 De maiestate; ep. CXLIX, 6.

2 Sensus est: sed tamen, nisi pro Gabinio intercessissent sive preces Pompeii, sive dictaturae eius rumor, ex qua maxime timebant iudices, Gabinius ne accusatori quidem Lentulo respondisset. Nam licet ineptus hic fuerit, et consessus iudicum venalis; tamen ex LXX, qui sententiam tulerunt, XXXII condemnarunt. Consule laudatum epistolae locum.

3 Duobus; vid. ibid.

4 Non is, qui postea *Vticensis* dictus fuit. Erat enim hoc

anno praetor (ep. CXLVI, 7); praetores autem in aliorum praetorum consilio iudices sedisse, non est, ut credi possit. Praeterea severus hic Cato Gabinium certe adulandi gratia non absolvisset. Est igitur alius Cato, Porcius, vel Hostilius. De C. Catone, qui tribunus pl. fuit a. DCXCVII, non licet intelligi; non enim uno tantum anno post tribunatum gerere praeturam potuit. Vidit Manutius.

5 Sic Lambinus ante Ernestium emendarat vulgatum *diruptis*. Iunius *direptis*; Manut. et Pighius *diribitis*.

6 Vict. *nonnulli, ut Sallustius, me*, etc.

7 Nam erat cum imperio, CXLVI, 8; ep. CXLVIII, 3. Vett. libri *introïsset*.

8 Par gladiatorum nobilium; hic tamen minor illo; conf. Opt. Gen. Or. 6. Libri scripti et ed. Vict. *Pacideianus*. *Auriculam . . . abstulisset*, allusionem fortasse facit ad pugnam Pacidiani cum Aesernino, in qua alter alteri auriculam dentibus abstulisset.

9 Tempore, quo lex Manilia promulgata fuit, h. e. ante exsilium Ciceronis. Nam post exsilium se multum Pompeio debere saepe profitetur Cicero.

10 Legendum, ut Iunius coniecit, *alterum*.

11 Scilicet, si absolutus esset; damnati enim de maiestate exsulabant. *Manut.*

12 Gratiam relaturum, quod eum non accusassem, testimonio contentus. *Idem.*

13 Fas erat reis interrogare testes, si quando de eorum sinceritate dubitabatur.

14 Vid. ad ep. seq., 3.

15 Timebat, ne Clodius praetor fieret.

16 Land. *spectet,* quod a *bibliotheca* pendet.

17 Describi ab aliis libris; ep. seq., 5.

18 Aerario. Hac de re ep. seq., 6: *Ab aerario puto con-*

fectum esse, dum absum. Quaerere praeterea quid plane rei sit, inepti hominis esset. *Manut.*

19 Fortasse manumittendo. *De suburbano*, emendo; supra ep. CXLVI, 9 a med. *Manut.* Mox Land. *ut habeas hortor.*

20 Romani; ep. CXLVI, 1; de Orat. I, 7.

21 Ab urbe.

22 Vide in ep. CXLIX, 6.

CLIV.

1 De re publica; ep. CXLIX, 2.
